

Johann Possel

Joannis Posselii Oratio Panegyrica Exhibens Problema Nobile: Numquid Sapientiae Archichoragorum Calculo & Theologis, & Philosophis, Doctoris sive Magisterii insignia reportare liceat? Scripta [et] Pronunciata in perillustri Athenaeo Balthico ... Anno M.DC. XIX. XX. April. ...

Rostochi[i]: Pedanus, 1621

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728225328>

Druck Freier  Zugang





Ca - 1012.

JOANNIS POSSELI
ORATIO PANEGYRICA
Exhibens Problema Nobile:
NUMQUID SAPIENTIÆ
ARCHICHORAGORUM CALCULO
& Theologis, & Philosophis, Doctoris sive Magisterij
insignia reportare liceat?

*Scripta & Pronunciata in perillustri Athenæo
Balsico,*

Cum autoritate publicâ summos in Philosophiâ HONORES solemniter mandaret Decem & octo Reverendis & Doctis: viris & Juvenibus literatissimis, Anno M. DC. XIX. XX. April.

*Iam verò in gratiam illorum quibus super hac re Cerebrum
in calcaneis est, edita.*



ROSTOCHI, Typis Joachimi Pedani, An. 1621.

Ea-1012

DEDICATORIA



SERENISSIMO ET ILLUSTRISSIMO
Principi ac Domino,

DN. ULDARICO,


Norvvegiæ heredi: Administratori Epi-
 scopæ Suerinensis: Duci Holsatiæ, Stormariæ & Dith-
 marsiæ: Comiti Oldenburgæ & Delmenhorst, &c.
 Magnificentissimo Academiæ Rostochiensis
 CANCELLARIO, Domino suo
 clementissimo.

S. F. Q. S.



Memorable, sed admodum hor-
 rendum & detestabile est, Serenissime Princeps,
 Domine Clementissime, quod vir prudens & ma-
 ximarum rerum & variarum lectionum experien-
 tiâ diurnâ præstans, Franciscus Petrarca, alicubi
 literarum monumentis tradere voluit: Quendam non in agris
 & sylvis, non in luco & lacu, sed in maximâ florentissimaq;
 (& quod stupendum) urbe Italiæ, neq; quidem Pastorem arato-
 remve, sed virum summi apud suos loci, jurejurando sanctè
 affirmasse, se immenso auri & argenti pretio & impendio em-
 pturum, ne quisquam literatus ac studijs doctrinæq; deditus,
 suam patriam unquam incoletet aut intraret. O verè agre-
 stem! O barbaricam! O Cyclopicam & efferatam vocem!
 Aliqua igitur similitudine adductus, maxima cum minimis
 conferam.

Acci-



Accidit etiam hodiernis moribus & temporibus perturbatissimis idem, quod prisca docet historia. Nimirum, in insulâ *Iasso* quendam Cytharâ musicum melos sonis dulcibus reddidisse, vulgusq; frequens initiò quidem plausu, alioq; gestu signum attentionis & favoris locupletissimum ostendisse: Simulac verò tintinnabulum vocem ediderat, (quod indicio ipsis erat pisces venales ex sententiâ advectos esse) extemplo illinc omnes illos Musico valedicto abscessisse, unico saltem, qui audiendi sensu ex parte carebat, ibi subsistente, quem Symphoniacus hunc in modum, verbis clarè pronuntiatis allocutus sit. Ego vero, ô *Philomuse*, tibi gratulor, mihi gaudeo, quod non reliquorum instar, tonante Campanâ & in ad piscium mercaturam properaveris! Tum ille: age verò, inquit, anne jam signum datum sit? Musico id affirmante, valeas igitur & tu responderet, & solo in theatro relicto, adeò ut ne quidem unus qui non pisciculos putridos suavissimæ Musicæ anteferet, ibi repertus sit. In tali quoq; doctifona Musica apud plerosq; nunc, proh dolor, precio est: Multi enim à literis, à Musarum dulcedine planè abhorrentem habent animum, imò Literas quasi ex alto despiciunt, & ijs rebus quæ plus habent dapis, & minus invidiæ inhiant, privati comodi nimis studiosi sunt, paucissimi verò in eo toti occupati, ut ingenium (præstantissimam hominum partem) rectè informet, viros benè meritos & doctrinarum cognitione instructos audiant, honore, amore & favore complectantur, quin potiùs præposterâ & prætumidâ quandoq; vanitate & iniquitate eosdem, cum amplissimis Academiarum præmijs (laboriosè navatæ operæ, industriæ, & fugæ otij, atq; omnis desiderii testibus locupletissimis) deformet, vellicent, lacerent, imò si possent honores vel penitus proscriberent & abrogarent, ut quærendus sit Heracitus potiùs vel Democritus, quorum hic amentiam illorum rideat, ille deploret inscitiam cum summâ impudentia conjunctam. Cæterùm, ὅσα μὴ πεφίληκε Ζεὺς, ἀτύχοντα βούλει

DEDICATORIA

Περὶ δ' ὧν. h. quæcunq; non amat Jupiter, vocem averſantur.
Pieridum, ut graviffimè veriffimèq; Pindarus Lyricorum.
μεγὰρ ὀνόματις, ille de fui ſeculi hominibus jam pridem ex-
clamavit. Mobili & ignobili vulgo nihil magnum & ſalutare
eſt, niſi quod ἀμύρον & illiberale ſit, quod ſordidum, jejunum,
Plutonicum :

*Namq; Amaricinum fugitat Sus, & timet omne
Unguentum: Sic ſetigeris ſubus omne venenum eſt,
Quod nos interdum veluti recreare videtur.
At contrà nobis cænum teterrima cum ſit
Spurcicies, eadem ſubus hæc res munda videtur,
Inſatiabiliter toti ut volvantur ibidem.*

Huic verò tam levi, maligno, & inſulſo populari iudicio,
ex profundiffimo ruditatis & perverſitatis cæno profecto (vi-
tuperat enim vulgus quæ ignoras) ſalutaribus & neceſſarijs
medijs & remedijs, maſculâ animi præſentiâ, remis ac velis,
ſummoq; obviam eundem erit operes.

Quâ in re ut & ego vocationis meæ muneri quod gratioſâ
Dei ſalutis meæ adjutus manu, jam ultrâ annos viginti & octo,
quantum vires ſuppetunt, ad bonum publicum in timore &
tremore Domini exequor, non deeſſem, præſentem, quam in
Decanatus mei poſterioris, & quidem *ſeptimi*, officio conſeci,
conſectamq; in auguſtiſſimâ Academiæ noſtræ Coronâ habui
Orationem, quâ ſiniſtras, inſipidas & ſpinofas illas cavillatio-
nes argumentis, fundamētis & rationibus ſolidiſſimis ac fir-
miſſimis per hypotypoſin & quaſi obtutū congeſſi, expreſſi, re-
ſutavi, compeſcui, multorum bonorum virorum & amicorum
monitis & rogatu, qui tum ſtatim eam ut excuſam darem di-
gnam exiſtimabant, (dilationem improbant) tandem per Ty-
pographicam palingeneſiam ad alios pervenire lobens conſeſſi.

Illam autem, *Sereniſſimo Principe*, Domine Clementiſſime,
maximis, graviffimisque; de cauſis Ceſſit. T. deſtinandam duxi :

Hæc

Hæc enim ineptam & improbam de tam præclarâ, & in communi hominum societate necessaria & utili, vulgi (acephali) perversam opinionem rejicit & deijcit. Hæc zelo heroico & pectore generoso pro nomine & numine JESU CHRISTI, pro aris veritatis, pro foetis pietatis, pro Academia Megapolitanae salute, statutis & privilegijs, pro *Sophiæ* & nobilissimarum Artium & linguarum (quæ fontes omnium bonorum sunt in vitâ) templis, pro deniq; Gradibus & Honoribus Academicis conservandis, retinendis, ampliandis, strenuè & vigilanter vigilat, pugnat, & invigilat, illis tergum suum non obvertit, quin placidam & serenam potiùs faciem manifestissimè ostendit & aperit. Quò fit, ut Philosophica & omnia omnium generum studia hîc non languescant, nec frigescant, non pereant, nec intereant, non moriantur, imò potiùs oriantur. Quam felicitatis auram ut omnium piarum Academiarum supremus Rector & Inspector Deus Zebaoth (arescente & putrescente lividorum ore) perpetuam esse, nosq; omnipotentia suæ projecto & extenso brachio & clypeo ab hostium, bellorum, morborum, & aliarum calamitatum & miseriarum procellis & angustijs deinceps paternè tueatur & defendat, ut nihil nisi gloriam divinam & humanam salutem amplificemus, ipsum votis & precibus nostris devotis augustè sanctèq; veneremur.

Quid porrò dicam de Celsit. T. eximiâ & celebratâ in vulgus comitate & charitate in proximos, beneficiorum largitate & commiseratione in Pâuperes, orphanos, infirmos, non propter favorem & captationè inanis gloriæ, sed propter fiduciam *in Opibus* & felicitatis sempiternæ? Hæc sceleratis exitio, innocentibus præsidio; improbis terrori; probis honori est. Deniq; de Celsit. T. in me affectione non sat laudibus & præconijs extollendâ quid eloquat? quâ me ita complexa est, ut me propterea immortales gratias illi debere palàm confitear. Ejus enim indultu & concessu mihi *Ordinis Philosophorum Decano*, Doctores

DEDICATORIA EPISTOLA.

ctores sive Magistros creandi, creatos renuntiandi, renuntiatos proclamandi *Licentia* aliquoties subjectissimè petita, clementer solemnè more cōmunicata fuit. Quare gratissimè animi memoriâ summa ista beneficia apud me posita esse agnosco, atq; utinâ reapse aliquando prolixius declarare queam, quod præstare modò non est integrum. Intereâ hoc qualecunq; in memosynon Apophoreti sive Xenij loco splendidissimo nomini tuo inscriptum do, dico, dedico, consecro, debito obsequio, & submissâ observantiâ rogans, ut Celsit. T. idipsum pro innatâ suâ Clementiâ acceptet, mihiq; serenitatis suæ Favonio deinceps quoq; aspiret. Cujus voti si me compotem fecerit, etiam majora sub ejusdem auspicio ut audeam & obeam, animus ac voluntas mihi adjicietur.

Quod restat, *Pietatis & Palladis Præsul & Præses* inclyte, vive, salve, vale, decus, ornamentum & columnen *Regie familie, & Academiæ ROSEÆ* eximium & sempiternum.

*Felix sit animi Principium novi,
Felicis sit medium illius,
Finisq; felicissimus sit,
Usq; beator & recurrat.*

Scripti Athenis Balthicis, in Musæo meo, Calend. Januar. Anno per Christum recuperatæ salutis M. DC. XXI.

Celsit. T.

Reverenter colens,

Joannes Posselius.

CLA-

CLARISSIMO, DOCTISSIMO ET
Prestantissimo viro,

JOANNI POSSELIO,
 Græcæ linguæ Professori in inclutâ
 Academiâ Rostochiensî celeberrimo, cognato
 & compatri suo honorando,

Gratulatur.

GRatia magna tibi, POSSELI, jure ferenda,
 Myta sacri Phœbi, Varniadumq; jubar;

Theologæ Domine famulam, quæ casta *Sophia*

Dicitur, associans, digno & honore beans,

Theologia suum civem hinc te dicitur ambit,

Philosophia suum vult perhibere simul.

Maître hac omnigenâ doctrinâ, nobile pectus,

Innumeros vives, post tua fata, dies!

Qui non combinat *studia hæc*, & temnit *Honores*,

Est dignus, nigrum potet ut *Elleborum*.

Quin etiam *Anticyram* & nemorosam naviget *Oetam*,

Exemplo monitus cautior esse suo.

Michael Neucrantz,
 Philos. & Med. Doct.

NOMI-

NOMINA MAGISTRORUM.

- CHRISTIANUS MICHAELIS Suetensis Marchicus, Ecclesiastes
Rostochienſium Petrinus.
- JOANNES ALVARDUS Rostochienſis, Paſtor Catharinianus
ibidem.
- CONRADUS HUSVEDELIUS Boitzenburgenſis, Paſtor ad
D. Georgium apud Rostochienſes.
- CASPARUS Neunfirſch / Aurimontanus, Eccleſiæ Cubbentinenſis
Paſtor.
- FRIDERICUS FRILIUS, Sundenſis, Eccleſiaſtes VViſmarienſis.
- SEBASTIANUS PESCHELIUS, Naumburgenſis Tyrigeta, Pa-
ſtor Grubenhagianus.
- LAURENTIUS Langeclawes / Guſtrovienſis, ibiq; Eccleſiaſtes.
- GABRIEL SIBBERN, Holſatus, designatus Paſtor Suaveſtedenſis.
- JOANNES NIFANIUS, Gartzenſis, Pomer. Reſtor Scholæ Tun-
derenſis.
- JOANNES CRUDOPIUS, Suerinenſis, VViſmarienſium
Conreſtor.
- ARNOLDUS STOLTERFOTUS, Lubecenſis.
- JEREMIAS NIGRINUS, Slavienſis Pomer.
- MARTINUS BAMBAMIUS, Pentzlineanſis, P. C. Scholæ Steti-
nenſium Conreſtor.
- JOANNES RUCCUTIUS Neobrandenburgenſis, Scholæ Patriæ
Subreſtor.
- JOANNES LANGIUS Hervordienſis, VVeſtphalus.
- MATTHÆUS CALANDER Plavienſis, Megapolitanus.
- ANDREAS PARTHENIUS Schiſſelbergenſis, Marchicus.
- REINHOLDUS MIDDENDORPIUS, Riga-Livonus.



Joan-

IOANNIS POSSELI
ORATIO
PANEGYRICA.

Philosophiam, parentem atq; pro-
creatricem omnium bonarum artium &
rerum, bene vivendi disciplinam, ac ani-
mi medicinam, *Gentilis ille Philosophus*
& *Orator disertissimus Romuli nepotum,*
pronunciabat: *Cujus sententia & authoritati Plutarchus*
noster multiscius, historicorumq; & Philosophorum ante-
signanus, calculum suum adijcit, dum eam animi morbis
& *perturbationibus (philosophica ore & more loquendo)*
solum remedium esse, asserere non dubitat. Imò &
ipse Aristoteles, aureum fundens Orationis flumen & lumen
Methodiq; summus artifex, constanter affirmat, Philoso-
phiam docere homines cognoscere creatorem suum.
Hoc nempe vult ipsa Philosophia appellatio, ut quicunq; sa-
pienter, hoc est, bene beateq; inter homines vivere ament,
(Omnes autem id velle debent,) huic duci vita, vitiorumq;
expultrici nomina sua dent. Quò factum, cum nemo Phi-
losophia expers idoneus sit regno, multò minùs vel alijs in-
hac vita functionibus, ut in Sacratissimorum Monarcha-
rum, Invictissimorum Imperatorum, Serenissimorum Re-
gum, Celsissimorum Electorum, Illustriissimorum Princi-
pum,

*Philosophie
Commenda-
tio & Vene-
ratio.*

*Summi viri
eam ama-
runt & am-
plexi sunt.*

B

Alexander Macedo, Julius Caesar, Ptolemaeus rex, &c. Geluti seculorū suorum sydera splenduerunt, tempora sua doctriinis illustrantes. E libro gubernatores.

Büchgelehrte Regierung.

Cic. Rhet. Vet. libro primo si oportet velle sapere, dare operam Philosophiae conuenit.

Philosophia fons reliquarum doctrinarum.

Philosopho alienum auxilium in literis non expectandum.

Pro philosophia & alia

pum, & Magnatum sapientipotentum dignationem, venerationem & admirationem summam nobilissima & praclarissima pervenerit Philosophia, qui sese illi maximo gloria instrumento dediderunt, consecrarunt, quorum etiam Regnum bono & honore liberalium Artium & linguarum crevit, sed quid dixi, crevit? imò in immensum excrevit, adeò, ut orbem terrarum suum fecerint, & non imperare tantum, sed & sapienter ac rectè imperare sategerint. Diogenes, dicenti cuidam, quem ad sapientiae studium adhortabatur, non sum idoneus Philosophiae. Quid igitur vivis inquit, si tibi nulla rectè vivendi cura est? Non enim in hoc vivit homo, ut vivat tantum, sed ut discat rectè vivere. natura gignit ad virtutem dociles, doctos non gignit. Non est ergo Philosophia vilis, non futilis, sed utilis, nihil soliditatis, sed multum soliditatis, nihil vilitatis, sed permultum subtilitatis in se continet, alijs doctriinis fontes uberrimos aperit, cujus decus pro dignitate quis effari poterit? Haec Theologiae ad sacrarum literarum enodationem quamplurimum confert, qua vita praesentis, & aeterna beatitudinis nostrae scopum monstrat. Haec iusti & iniusti scientiae, consiliorumq; caput & fons est. Haec Artis Asclepiadae anchora & columna, ad vitae custodiam atq; productionem, cui qui parat, omne aetatis suae tempus sine molestia deget. Non fodit puteos qui fontes habet aut novit: sic non petit aliunde quaecumq; consilium, qui ipse didicit Philosophiam.

Singulare sanè singularis felicitatis, firmissimumq; firmissima ac infinita omnipotentia, Praesentiae, bonitatis, sapientiae & munificentiae divinae τὸν χρόνον ἐστὶν, a vitam & patri-

PANEGYRICA.

patritiam Philosophiam, unâ cum alijs Facultatibus, in hac
Academia, Orbis & urbis luce, in quâ succum & sangui-
nem meæ generationis hausi, & natiuitatis auram, quamq[ue]
dum mihi hic spiritus spirabit, debito amore, favore & ho-
nore prosequar, jam sermè per duo secula (annus enim Aca-
demia Jubilæum præforibus est) illius rore & odore fragran-
te, in presentem usq[ue] horam factam rectam, rectam, perse-
tamq[ue] manere, florere, virere, vigere, quod si non prout de-
cet & par est agnosceremus, depradicaremus, nos fortè no-
stri ipsorum oblitos, omnium mortalium sermo, (& quidem
optimo jure) condemnaret, exsibilaret, exploderet, quin ut
fronti nostra ingratiitudinis imprimeretur vestigium, digni-
sime judicaremur. O itaq[ue] diem hunc latum, nobilem, fe-
stum, memorandum, celebrandum, notandumq[ue] nobis can-
didissimo calculo! Itaq[ue] unusquisq[ue] cum magno illo benefi-
ciorum Dei aestimatore Davide profiteatur: Non fecit Deus
taliter omni nationi, Et det curvato poplite vota
Deo. Etsi enim Illustrissimi Principes Megapolitani, Dn.
JOANNES & Dn. ALBERTUS, & Amplissimus
ac Spectatissimus Reip. nostræ Senatus, Academia Patroni,
eximiam & nullo unquam tempore silentio involvendam
laudem & gloriam post se reliquerunt; tamen nos longè ma-
jorem & uberiolem felicitatis thesaurum invenimus, &
hoc nomine perbeatos nos esse censemus & meritò in Christo
gloriamur, quod eo seculo nati simus, quo sol Justitiæ Jesus
Christus, oriens ex alto, per illustrem Evangelij prædica-
tionem in mundo ut à nobis omnibus agnoscat & veneret-
tur, quasi renatus sit, quam felicitatem ut & posteris & ne-
potibus nostris, & qui nascentur ab illis perpetuam esse ju-
beat

II

rum doctri-
narum stu-
dio hactenus
in nostro Ly-
ceo, conser-
vato, meritò
DEO opti-
max: grates
agenda.

Ἀχάει-
σος ὄσις
& πᾶσι
ἀμνησ-
τέα. Ingra-
tus ille, qui
beneficij im-
memor.

Gratitudo
est laudatif-
sima virtu-
tum omnium,
res DEO &
hominibus
grate jucun-
da, gratiq[ue]
nominus.

Nos venien-
te & illumi-
nante sole
justitiæ, ad
veritatem E-
vangelicam
manu ducti
sumus.

beat, nosq; ut & illos, deinceps placidè afficiat; nec vultu suo velut gorgone obduât à terreat, deterreat, assiduus precibus defatigandus erit.

Ad Sacro-
sanctam
Trinitatem
debita &
Xaveria,
sine cujus
assatu nihil
recti, nihil
iusti.

Præstantia
Artium neq;
locum digni-
tatis habet,
nec ullo in-
pretio est
vulgo indo-
cto & impe-
rito.

Quocircâ in presenti & frequenti Academia hujus Panegyri, Salvatori, servatori, sospitatoriq; gloriosissimo Domino nostro Jesu Christo, gemina substantia Giganti præpotentissimo, Academia & Reipub. Rectori & Protectori præsentissimo, δεξιωταύτη, Ductori & Doctore, fautori ac benefactori, hostium & persecutorum omnium debellatori, victori, vindici fortissimo, felicissimo, (una cum Patre & Spiritu sancto) pro bonis & donis hæctenus ex fraternâ misericordiâ & gratia datis, & dandis innumerabilibus, igneo & devoto sermonis genere ex imo penetrali pectoris ducto, gratias agimus & offerimus, eundemq; ut & in novissimum usq; diem & urbem & Academiam, ἡμετέρας γὰρ δεξιὰς μὴ ὑπο-
πλήν, defendat; εἰρήνῃ ἄνευ κεν ἡσυχίας nobis paternè concedat, quò in via veritatis constituti, à Diaboli & mundi maandris & Euripi tati, quisq; suo loco, quod fecimus ante hac modestè, honestè & cordatè, deinceps quoq; faciamus, agamus, peragamus, præsertim quia duo illi inobedientes filij Aaronici redivivi Epimethei alienum ignem contra Dei legem in Ecclesiam important, quem à cælestis Promethei divino igniculo discernere nolunt, sed suis partim rationibus, partim & traditionibus permixtum & succensum fovere, & collustrare satagunt, enixèq; allaborant, cumq; prætereà, quod summopere dolendum, & minimè concedendum, numero innumeri ἄσοφοι, ἄσοφοι, imò ὑπερβόητοι, vel ipso Licentio, (quem origo rustica fortè excusare poterit) ineptissimo, & infaussto Reipub. sidere nato, licentiùs, in hoc ἀμαρ-

intra seculo & mundi Epilogo, ac nulla spe correctionis, ipsis
 literis & literatis infesti, Academias, Phœbum & Musas, pre-
 tiosissimū κερμῆιον, rutilos carbunculos, virides Smaragdos,
 serenos Sapphiros, candidas Margaritas longè, longè in-
 quam superantes, imò & Academiarum alumnos laborio-
 sissimos, Sardonium ridentes, insolenter & insipienter calu-
 mnijs convellant, labefactent, vulnerent, & quod multò
 magis in admirationem venit, Honores Academicos elevent,
 & vel omninò non petendos nec assumendos (falsa loqui
 linguas nam docuere suas) vel quod magis horrendum &
 intolerabile est, eosdem vel extrà Pomarium Ecclesiasticum
 exterminandos esse, audacèter & impiè affirmare ausint, nau-
 teamq; bibere, quàm Philosophiam fructiferam & frugife-
 ram amare, tolerare, ac commendare velint, agrorum more,
 qui, medicamenta salubria, quia Colore, Odore, sapore non
 sunt grata, respuunt & abominantur:

Namq; nec est studijs major, nec iniquior hostis,
 Quam qui vel nequijt, vel discere noluit Artes:

Et quò acutius est ingenium doctrina & virtute non excul-
 tum, eò plura mala facit, excogitat & machinatur, ne nos
 eorum errori & furori patrocinemur, quid de hoc holophanta-
 rum & Zoilorum rustico & saxei pectoris proposito dicen-
 dum, statuendum, concludendumq; sit, non sanè ἀνείπωσ ad
 Lydium veritatis lapidem probare, & in disquisitionem vo-
 care animo nobis fixum est.

Expediemus igitur DEO duce & luce Nobile istud
 Thema: Anne homini Philosophico, imò & Theoso-
 phico Christiano, vel Deo in S. Sancto Ministerio jam
 obstricto, ad gloriosæ immortalitatis Gradus & Ho-

B 3:

nores

Nostra tem-
 pora sunt
 inimica liti-
 ris. Hi sunt
 Invidia, ni-
 mirum, cre-
 ditio, mores.

Dum erunt
 Academie,
 non deerunt
 hostes.

Popularis
 approbatio
 vel vituperatio
 nulla.

Sunt qui da-
 mnant &
 contemnunt
 quicquid nò
 potuerunt
 assequi:
 Uti bona vi-
 na bonum
 faciunt, ut
 fertur, ace-
 rum: Inge-
 niosior es
 quò Line,
 pejor eò es.

Orationis
 ἰσοπέδιος.

Extenuatio
cū adjuncta
LXXII.

Stulta hac
invidia est,
cui cuncta
recentia for-
dent,

Invida stul-
titia est cui
nova sola
placent.

Sit malus
interpretes, nil
bona verba
juvant.

Attingere
probos ver-
ba nō queūt
mala.

Curiosus ne-
mo est qui
non sit ma-
lebalus.

nores Academicos, non fluctuante conscientia aspira-
re; illosq; capesse liceat? & qua fieri poterit brevitate de
eo dissertabimus. Cum verò in tanti Argumenti consideratio-
ne virium mearum & devecas lubens agnoscam, & sciam mihi
non omnia data esse, fortasse, nec alios habere omnia dona, &
damnari carpiq; etiam vetustissima posse: author ille sydereus,
sine cuius ope tota mentis intentio rueret, sancta sua benedi-
ctionis cornu ex alto in me defundat, quò minus quasi aërem
verberans, vires in ventum fundam, & non profecturis lit-
tora bobus aërem, Cum inveniuntur homines, nescio quam par-
va lectionis mancipia, qui quoties formulam aliquam sele-
ctiorem & ornatiorem loquendi, aut verbum quod ipsis non
visum & non ita in vulgus natum est, in scripto aliquo offen-
dunt, quando id defendere nesciunt, etiamsi ex medicuillo
Latij & praeclarissimis probatissimorum autorum narthecijs
sit depromptum, mox Theonino dente elatis supercilij su-
perbi, carpant, & in scriptorem linguas vibrent, eumq;, si
possunt, supplantent, & quasi inelaboratâ & illaboratâ
Oratione usus sit, traducant. De Tulliastris sanè illis,
qui nullum verbum probant, nisi à Tullio dictum, scri-
ptumq;, idem cum Magno quondam Erasmo mihi judi-
cium est: Sic enim ille in Ciceroniano: Divinum, inquit,
est, esse Ciceronianum, nec statim malè dicit, qui
secus dicit, quam Cicero dicit. Vespasianus à Con-
sulari viro, Monstruo Floro n. onitus, piaustra potius quam
plostra dicendum, postridiè illum pro Floro Flaurum salu-
tauit: Civiliter alludens ad illius curiosam admonitionem.
Est autem praesens ἔντε μυσσὸν enucleatione dignissimum, quod
ab ijs

ab ijs qui sunt bonarum artium & partium accuratâ consideratione ventiletur, ignavisq; & ignavis, magis phantasticis quàm mula Papæ, & certè his non à w' õvæ, saltè dicitur vs usque *ἄξιον*, Magistrorum Academicorum anti-
 quitas, auctoritas, dignitas augusta, imò augustissima inferatur, ingeratur, ut illud vituperium ex mirâ & merâ invidentiâ profectum animadvertant & intelligant. Idcirco istorum fastum & astum evidentibus & perspicuis argumentis ita evincemus, evellemus, excindemus, ut ea qua in medium allaturi sumus deglutiant, & imposterum mutiant: Nec sanè illorum perversam sententiam pensitamus vel trivillitio; attamen hæc qua in medium allaturi sumus, modestie sale condiemus, quod refutandi genus est omnium efficacissimum, ita ut ea qua loquimur nemo ad injuriam trahere possit.

Adestote omnes aequis animis, qui adestis corporibus, Magnifice Domine RECTOR, Reverendissimorum, Illustrissimorumq; Principum, Ducum Megapolensium nec non Amplissimi & Prudentissimi Senatus Reipublicæ Rostochiensium, Dominorum & Patronorum Academiæ Magnificentissimorum, LEGATI, Vosq; Patres Academici Clarissimi, Doctores, Magistri, verbi divini Ministri, nec non Juvenes à Nobilitate generis & doctrinarum studijs ornatissimi, probatissimi. Vos deniq; hospites & peregrini spectatissimi, & omnes qui in theatro hoc splendido & in conferatissima ac jucundissima hominum turbâ sedetis, ad vestrum tribunal provoco, vos omnes & singulos Areopagitus, vos judices verissimos, aequissimos, sincerissimos ordino, facio, constituo, ὡς ἰαλοφάρμακον demonstraturus, tam Theosophos,

Ut corpus
 ensis, verba
 mentem,
 sciunt.

Προσφώνου
 ὁρις &
 attentio bene-
 vola, ad
 Auditores
 benevolos,
 benevolè
 directa.

Vincit amor
 veri

Qui honores
petunt, quibus
eosdem de-
cernunt. ju-
ste cavilla-
tiones eli-
dunt, elu-
dunt.

Irrisio
non est
lese digni-
tatis dimi-
nutio, sed
illos à qui-
bus profici-
scitur potius
premit, inq.
illorum pro-
prium in-
commodum
surgit.

A simili.
Mulinus
farris habet
qui cunctis
obstruat ora.
Flatus est
fama.

Conscientia
boni nil ti-
met.

Cum Philo-
sopho, cum
Theologo
Magistratū
titulum am-
plecti licet.

phos, quam alios, illustribus doctrinis eruditos, honores am-
bigentes & amplectentes, adeoq; eos legitime ijs conferentes,
holophantarum & sycophantarum viperinos morsus, rectissi-
mè imò & honestissimè, optimaq; conscientia effugere, evi-
tare evadere

Adynton herbam etiamsi perfundas aquâ aut immer-
gas, sicca tamen similis est; ita in bonis viris & studiosis
non haeret contumelia irrisio & infamia, etiamsi quis infa-
mare conetur. Hinc cum Diogeni Philosopho aliquis refer-
ret, dicens: Nunquid non vides, quia multi te derident, ô
Diogenes? Et illos, inquit, fortasse asini. Altero subijcien-
te, sed illi non curant asinos: nihilò magis ait, ego ipsos.
Cogitemus quæso quanti aestimaverit laudari ab ijs, à qui-
bus nec vituperari timuit. Ut Ciconia devorat serpentes
venenosos, & ei non nocent imò nutritur eis: sic viri inte-
gri venenosus verbis & detractationibus non moriuntur, sed
pascuntur, conscientia eriguntur, erudiuntur. Nonne
sua secula Mæonidem risere? Si coneris omnium ora motu &
metu claudere & obstruere, operculum illud nimis fuerit
parvum, fragile & invalidum: nos autem excellentia cu-
judam signum esse scimus, in vulgi linguas, quasi scopulos
incidisse, & gravissimas, manifestissimas, injustissimasq; in-
jurias, communis concordia causa sæpè voluntaria oblivione
conterendas & obliterandas esse. Surgant & dicant mihi
quæso adversarij, quid obset, cur tam Philosophia candida-
to, quàm Theologo, & quidem jam sacerdoti, fiduciam
studiorum & veram sobria Philosophia notitiam habenti &
adferenti (ἡ ἰσοπέλας σοφία) & is qui studet omnium re-
rum divinarum atq; humanarum vim, naturam causasq;
nosse

nosse & clavem bene vivendi rationem tenere & persequi Philosophi nomine appelleretur) exhausti sudoris & laboris premia poscere non liceret? Legitimâ ratione, temnens ludibria vulgi, ea cum Philosophiæ Candidatis affectet, & quâ est & decet observantiâ Philosophicam cathedram ambiat, non in tuto trepidet, non in plano cessitet, non in prono hastitet, sed illi coronam deferentem promptissimo animo accipiet.

Quam si post tergum rejicit, nec tituli amire tangitur, sanè laudem non meretur, sed eò testatum facit, se prisca vetustatis, honoris, virtutis comitis, osorem, rosorem, derisorem esse, cum nihil nisi prudenti ratione & deliberatione vetustas fecerit, insituerit, induxerit, omnesq; de honore solliciti esse debeant.

Quod si vera est veteri proverbio vulgata, veraq; jugi experientiâ deprehensa sententia: Scientia non habet inimicum, nisi ignorantem.

Item, quid graculo cum fidibus? Quid cæco cum speculo? Idem de honore dici potest, hunc qui fugit, levis est, nec eum stimulat gloria decus, imò omnium rerum, & praesertim virtutis & sui ipsius negligens.

Nam & Deus nequaquam est auctor anarchicæ, sed ordinis, ad quem gradus quoq; referuntur Academici sanctissimi. Ordinis autem cura ut Philosophis, ita in primis Theologis incumbit. Nam ubi ordo non est, ibi confusio, mater & nutricula, omnis ignorantia regnat, & sine ordine nihil in naturâ rerum consistere potest, & mens à proposito dejicitur.

Ordine cunctarum stat gloria maxima rerum,

Ordine subverso, vertitur orbis iter.

Ordini autem vel maxime Gradum inservire in propatulo est. Non sinit ut animus discemis erraticâ curiositate

C

exorbi-

Cujus neglectus, est illi despectus.

A longâ & probatâ Academicarû consuetudine non deflectendum.

Ordo est res divina & gelut anima omnium rerum, cetera est praeter naturâ.

Ordinis utilitas.

Quæadmo-
dum in pe-
cuniâ qui
duos lucra-
tus est au-
reos, procli-
bus est ad
decem, Vi-
ginti, & plu-
res colligen-
dos congre-
gandosq.
Sic usu venit
in Virtute
& Honore,
qui fecerit
bonum opus,
officiûq.
profiterit,
exsimula-
tionem aut
exhortatio-
nem ad a-
gendam su-
mit, ut ad
alia quoq.
& quidem
superiora se
conferat.

Quoniam
a numisma-
te sumptum
Consuetudi-
ni bonæ
non resistit
dum.

exorbitet. Excipit ex longo studiorum itinere defatigatum
hospitio, siquidem est gradus quasi *paedagogus* & scipio qui-
dam, ut deinceps acrim, alacrius & confidentius via plana,
via plena ad majora scalam & scholam quasi faciat. Et
ut *codex* dicam, Gradus animos firmat, armat, coronat.
Contemptus Graduum Academicarum interitus, nec possunt
florere Ecclesie sine Academijs, nec unquam vera Ecclesia sine
illis fuit, nec potest diu subsistere doctrina, nisi veri Ecce-
siastici catus ad Academies adjungantur, & concordia
concoris firmetur, stabiliatur. Si in solutione pretij dum
merces commutantur non modò sine refragatione, sed etiam
perlibenter antiqua numismata veterum Imperatorum &
Principum, quorum imagines referunt veneratione aliqua
adducti, in pretio habemus: quantò magis majorum com-
mendabile institutum de Gradibus discipulorum amplecti
& retinere debemus, quos honestatis studio propius fuisse
deditos, quam presens seculum, insicias ire non possumus?
Qui igitur religiose vetustatis more omni elogio dignissimo
pertinacissimè decedunt, quibusq. honos sudas in oculis est,
& petitionem illius non solum in Philosophis, sed etiam Theo-
logis impugnant, hi & naturam & leges oppugnant, seq. ho-
minis Christiani appellatione despoliant, quippe ingenuis
studijs mancipatis frondentia virtutis & doctrina premia
averruncantes. Uberrimum autem & amplissimum pre-
mium virtutis & alimentum est honor, & donum *Jeos* dicitur,
non Philosophorum modò, sed etiam spiritus sancti iudicio,
& vix invenitur, qui laboribus susceptis periculisq. aditis,
non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.
Omne honoratum augetur, contemptum minuitur. Magi

itri

stri verò virtutum Philosophi, estq; jucundissimum à vivo
 & odia bone fama, cujus odor bonus, nam & vivos & mor-
 tuos honestat, veraq; & firma gloria nisi bonis artibus non
 queritur. Quod si olim in certaminibus Victorum, Olea
 fuit præmium, nonnunquam etiam palma ipsis attributa,
 & aliud quiddam, & magni præterea illis delati honores,
 quin imò parum absuit, quo minus in Deorum gentem &
 familiam describerentur.

Εὐφροια
 grata.

Aliud simile
 ab athletis.

(Sacra per Argivas certamina quatuor urbes,
 Sunt duo facta viris, & duo cælitibus.
 Ut Jovis & Phœbi, Melicertæq;, Archimoriq;,
 Præmia sunt Pinus, poma, apium, atq; olea.)

quantò quæso justius, rectius & honestius est, in Philosophica
 ludo & pulverè palmam obtinentes, ejus quoq; quem virtute
 & labore promeriti sunt, honoris fructum capere singularem?
 Si quis verò mores, leges & statuta nostrorum prædecesso-
 rum silentij nubibus involvere, imò vel Gradus prorsus
 destruere allaboraret; nonnè in Præfulis Romani, Impera-
 torum, Regum & c. expressa privilegia & diplomata eundem
 impium, ingratum, contumeliosum, constitutioniq; Ecclesia-
 stica tot annorum & seculorum serie confirmata contrarium
 judicares. proclamares? Cum & ipse D. Paulus se r̄ dida-
 κὰς, Magistri & Doctoris nomine dignetur, 2 Tim. 1.
 v. 11. honorem comprobans, & in Hierarchiâ Ecclesiasticâ
 divinitus institutâ Doctorum quoq; ordinem referat?

Legum non
 debet esse
 Nullitas.
 Lex facta,
 non sit fra-
 cta.

Neq; hic Carolostradij, quem horroris, non honoris ergò
 nomino, quicquam omninò momenti aut loci habet somnium:
 Is enim sive malitiâ sive inscitiâ, sive nequitia, (sciticiis

Carolostra-
 dius sanus,
 & insanus
 Theologus.

Lutherus
rectè & can-
didè Carolo-
stadii fla-
gellat. Ut
enim dextri
& ingenui
est, ea dicere
& audire
omnia, que
bono viro ac
Christiano
digna sunt,
ita etiam
impia im-
piorum pa-
radoxæ ta-
xare, & ful-
gur ex peli-
non extime-
scere.
Ex Doctore
sit arator.
Philippi Me-
lanchthonis
de illo censu-
ra.

sanè dignâ) Gradus retinendos esse negavit, & non solum sibiipsi titulum Doctoris abrogavit: verumetiam Viteberge in Promotione tertio Februarij, Anno 1522. cum binos Theologiæ Doctores, Johannem Westermannum, & Gothscalcum Crapium renunciaret, palam professus est, se impiè & contra conscientiam facere, propter duos florenos illos creando Doctores Theologiæ, seq. deinceps ne ullum quidem in quemvis gradum dignitatis subvecturum. Audiit hanc importunam ex importuni & vertumni Carolo-stadij, straminei Herculis ore vocem, Dictator rei Theologicae Lutherus, sed non absq. stomachatione: & quidem non immeritò: Proinde libro statutorum facultatis Theologicae hac ipse inscripsit verba maxime à $\alpha\lambda\theta\iota\omega\upsilon\eta\upsilon\eta\upsilon\epsilon\sigma\iota$. Et ego hac testor manu mea, me in eodem actu fuisse, & coram hac sacrilegas voces ex ore ejus blasphemam audisse, (quibus tam palam reclamare non licuit) Ego imprudens feci quod propter duos florenos promoveo, & contendebat, ex Matth. 23. v. 8. Neminem esse vocandum Magistrum in terrâ, sed unum esse Magistrum & patrem in calis. Ex quibus intelligitur, à quo spiritu ceperit suam Theologiam. Huc uq. indictus Lutherus. Oraculum Matthæi paulò post suo loco enucleabitur, explanabitur. Nonne idem Carolo-stadius Bodenstein Sacramentarij belli fax & tuba, alienaq. fidei domitor, depositâ literati personâ, rusticam induens, non amplius Doctor, sed frater Andreas, Bruder Enderet salutare voluit? Hunc rusticum si nihil neq. divini neq. humani habuisse dixeris, invenies ad stipulatores vere literatos in unum sum omnes, è quibus Philippum Melanchthonem ejus laudes decantantem producimus. Carolo-stadius

stadius inquit, primus excitavit hunc tumultum, (Sacramentarium intelligens) homo ferus, sine ingenio, sine doctrinâ, sine sensu communi, quem nullum unquam humanitatis officium aut intelligere aut facere animadvertimus, tantum abest, ut in eo significatio aliqua Spiritus Sancti animadversa sit, imò extant manifesta signa impietatis. Plura in hanc sententiam ab eodem & alijs scripta & dicta, non est hujus loci & temporis referre. Politia Anabaptistica, non civica sed plane cynica, omnis honestatis, pietatis, & ordinis expers, Carolo studio *συφωσύου*, omnia liberalia doctrinarum studia suis ex angulis explodit, cumq; his pariter eorum remunerationem excludit, sed

Diabolica,
sicut Ana-
baptistica,
hodie passim
nota Titu-
los Acade-
micos tollit.

Destruit, ædificat nil fraus Carabaptistarum,
Zelus hic an scelus est? fervor hic an furor est?
Spiritus illorum saltem prærenditur ausis,
Qualis at is quæso est spiritus? ah dolus est!
Tu Carabaptistæ clemens procul & Carlitadi
Vires & virus pelle, repelle Deus.

Neq; verò honestas tantum ad magnificandum hoc præclarum depositum nos impellere debet, sed etiam alia salutaria commoda, inter quæ & illud nec minimum, nec vulgare est, quod ejusmodi publicis honorificis exemplis alij quoq; ut virtute & ingenio suo alijs aliquando utiles esse possint, inflammantur. Hæc enim jucundissimarum rerum

Graduum
& Honorum
Commenda-
tio ab Exem-
plis.

adulescentes optimos, optimis literis deditis, & ad laudem erectos, ad liberalium studiorum decus aspirantes promptius & serius humanioribus literis incumbendum (ut Exempla sunt Efficacia) permovet, & in illis igniculos virtutum, veluti Myrtiadis trophæa accendit, cum non otiosis animis &

Invenies ma-
ximè exci-
tantur glo-
ria & hono-
ris stimulis.
Qua mira-
mur, am-
plius memo-

verò Clingium nostrum fefellit votam & opinio. Cùm enim Commilites suos equis albis praecurreret omnes, & praeceptoribus studium & industriam probaret, ipsi non solum summum in Philosophiâ gradum unanimi puncto, magnoq; cum prolubio decreverunt, sed etiam Illustrissimorum Principum Megapolitanorum, Academiae Patroorum vocatione, ipsum sibi in numerum Professorum Facultatis philosophicae associarunt. Deus ut plurimum à tenuissimis principijs pius & sedulos exaltat, ut rerum insperati progressus eximie mirificèq; illius potentiam illustrent, quod studiosis hominibus semper sit ob oculos. In quantum enim (ἔγω γὰρ ἄριστος) paucis annis interpositis, quamq; Magnificum, Amplissimum, Consultissimum, Excellentissimumq; virum, mentis acumine, memoriâ, iudicio, Eloquentia & gratiâ valens, Academia nostra, imò & toti provinciae profuerit, id fama loquetur anus, cuius felicitis recordationis ergò hoc quondam scripsimus Epigrammation Tetraslichon.

Mente ac ore potens benè rexit Clingius aulam,
 Arte & Marte valens, textit & hancce scholam.
 Hinc meritò meritis, meritum quæ sivit Olympum,
 Quorum post cineres Clangor in orbe sonat.
 Non erat ipse ἄριστος, πολὺ τῶν ἄλλων ἔστιν, imò erat ἄριστος,
 O miram tanti pectoris Eutechnian!
 Progeniem Clingl, ac oriundos indè nepotes,
 Amphlet excelsi dextera celsa Dei.

Erat sanè, quia in hanc commemorationem incidimus, D. Clingius φιλόσοφος, ἀγαπῶν Χριστὸν & Ἱεροσάνκτον ἰπσὺς ὄντων, πολὺ πόνος & laboriosus, πολὺ ἡμέρα, περὶ πένουσι, ἰδεὶν & in proximum, maximè verò in pauperes & egentes ἀγαπῶν.

Felix qui studio quod cupit acquiritur. Qua seminaberis adolescens in tubentute sua, metet cum senneris. Segnis fudenta, e-gens senecta, & contrâ. Magnum & memorabile women quarendi est studio.

D. Clingij Epitaphiû.

valens, beneficus. Accedunt enim homines nunquam ad Dei similitudinem propius, quam cum sunt benefici. Propterea & Deus omnium honorum & beneficiorum compensator largissimus, ei eversas, i. e. commodam, crudam, & morbis non ita obnoxiam senectutem largiebatur, eratq; felix in libris & liberis, cujus memoria est in benedictione.

Quare si nullos alios fructus Promotiones publicae afferrent, propter Exemplum saltem quod bonis mentibus eximium calcar addit, in scholis Regijs eas retineri justum & aequum esset. Quaequam multi (interdum multitudinis judicio & clamore moti) nutantes, & hoc commendabile propositum mutantes, in Philosophicam civitatem non recepti, tandem post rem & festum desiderant, quod contempserunt, vanitatisq; messem inveniunt, Academia egressi, & maximo saepe itinerum pretij impendio in eandem regressi? Quid autem stultius, quam relicto certo, incerta sperare, post damnum & annum facere, quod ante, & quidem compendiosissime & commodissime facere potuisses? Sed nihil aequius est, quam semel fastidita insignia frustra captare, exoptare? Serò, serò bona vestra agnoscitis, ò nauseatores, ò dilatores, ò dubitatores, cum nosse cepistis, nimis agnoscitis, hinc & praesentia fastiditis, & amissa lugetis. Porro, cum omnes res contrarij collatione clarius emineant & cognoscantur, opposito clypeo, τὸν Ψευδευγώνων bellas scilicet ratiunculas, argumenta, tormenta debui dicere, non quod ea alicujus momenti aut nocumenti esse putem, sed ut inde velut ex ungue, ut dicitur, leo facilius agnoscatur, & deprehendatur, palam faciam, illorumq; insultorias objectiones rationibus palmaricis & apodicticis, Achillesq; telis excipiam & retundam.

Occi-

Turpe est,
neglecta oc-
casionis revo-
care prae-
rita.

Praemium oc-
casionis per-
dita pœni-
tentia. Qui
sapit elapso
tempore, se-
ro sapit. Oc-
casionis cum
praetergredi-
tur odit mo-
ram.

Occidunt, Philosophiam Pietatis luminibus officere & ob-
 stare, Philosophum autem, & maxime Theologum alijs ho-
 minibus humilitatis lampadem præferre, ordinariâq; voca-
 tione, nec non Ecclesia testimonio contentum esse debere,
 præsertim, cum & hoc Apostoli fecerint, gaudere autem
 prænomine molles aurículas. Sed hac objectio non est
 spinosa nec veprosa, ideoq; cachinno digna, de qua pronun-
 ciare non est difficile. Si enim Theologus Antecessorum Phi-
 losophicorum suffragio ad verum verâ virtutis usum, non ad
 superbam gloriam Philosophi nomen sibi tribui contendit,
 & ἰναγορία non sibi, sed soli Deo adscribendam esse agnoscit,
 utq; ἐφεξιμοῦ hoc consecutus, antea cæta Vita & studiorum
 scientiam & conscientiam ad munus administrandum con-
 firmet, & contra sycophantarum sycophantias muniat, se
 subijcit, quis quæso vel Φιλοσοφία, quis Φιλαντία, quis δοξο-
 σφίας, quis deniq; νενοδοξίας ipsum arguet, quippe, cui ex
 merito honor ille contingat, & æquitas postulet, ut scientia
 præditus reverendus reddatur? Hic enim λεχνολογία, non
 θεολογία, uno oculo Theologiam, altero Philosophiam θεω-
 ρεῖν, sobrieq; spectans, ponderans, venerans, sed ita, ne
 Theologia dicam scribat, honores autem dignis adimere, re-
 pulsa injusta est. Quod si omnes agrum Philosophicum
 excolentes, & ad doctoris nomen ascendentes, fastu labora-
 rent, ἐπόρευον necessarium esset, non solum Theologos, sed
 omnes qui sese in Philosophiam ingurgitarunt, Gradum
 sine conscientia pondere humeris suis imponere non posse.
 Magnus hoc prohibescat Deus! Non autem honoribus am-
 plicati moribus cadunt, sed quo natura sunt generosiores,
 eò diligentius & vigilantius bonæ menti student, & quò
 D magis

Accessus ad
 Argumen-
 tum pri-
 mum.

Ejus Anti-
 legomenon.

Est aliud
 λεχνολο-
 γεῖν, &
 aliud θεο-
 λογεῖν.

Explicatio
 & applica-
 tio. Qua-

rendi nomi-
nis ardor
non mutat
mores.

Magistri id
verè sunt
quod au-
diunt.

Similis à
Musis & pi-
ctore.

Modestia
ubiq. pul-
chrum.

Explorant
adversa Ma-
gistros, sunt
mercatores
atq. institu-
tores sapien-
tiae.

Fructus la-
boris, Onus.

Quotquot
alio Varnus
Cygnos, quot
solva. Roseti
Dumeta, &

magis cuiquam ex Philosophiâ accedit rationis, eò plus fastus
& arrogantia decedit, edocti videlicet sunt, turpissimum
esse virtutem & Eruditionem habere in labris & libris, non
verò in factis & actis. Ideò sunt in sermone veraces, in
cultu, vultu, incessu modesti, in iudicando justî, in consilio
providi, in commisso fideles, in vitâ inculpabiles, plurimis
profunt, nemini obsunt, placere cunctis, non sibi soli volunt,
viam quam alijs monstrant, ipsi ingredienti, pellunt ocia,
arcescunt negotia: Quemadmodum Musa nusquam ab
ullo pictore, vel fictore armata exhibita sunt: sic & id genus
vita quod in literis exigitur mite, pacatum & placatum est.
Imò nulla virtus bene-literato & Graduato aequè necessaria
est, nulla commodior, nulla pulchrior, & ad nominis cele-
britatem accommodatior, quàm modestia, animusq. sub-
missè de se existimans, quodq. Sal est diei, id Modestia Ma-
gistris est.

Quam multa, quam varia, quamq. operosa, ut operam
suam humanis rebus præsent, MAGISTRI subeunt onera,
plena laboris, invidia, qua nemo vel miles, vel nauta,
vel cerdo subeunda pataret, sine spe propositi commodi!
Faciendi sumptus, urbes & regiones perlustranda, religio-
nes observanda, expectanda certamina, odia, tolerandi
æstus, frigora & jejunia sæpè perpetienda, ut aliquid se vi-
disse præ ceteris verè gloriari possint, sunt vera patientie
Magistri, sapissimè in humilitatis scholam introducendi, quoad
tandem per varios casus, per tot discrimina rerum, virum
absolvant, & à multis animo magis quam voce laudari va-
lent: Agricolarum labor nullam proportionem habet ad illo-
rum labores, sæpè plus unâ die, unâ horâ laborant & sudant
quam

quam agricola toto mense, si magnitudinem operis intentius consideres. Manuum labores tuenda sanitati utiles sunt: Capitis autem labores maximi sunt, atterunt corpus, & tanquam ex imis medullis exhauriunt succum. Atqui nihilominus, ubi partus labor, partus livor, partus honos, partus onus, illa studiorum merces est. De hac igitur re Nazianzeni (in orat: postquam reverteretur ex agro) dictum probo. Arbor quadam (inquit) est fabulosa, qua excisa magis germinat, & contra ferrum decertat. Et si quid mirabilius in re mirabiliori dicere oportet, morte vivit, & abscissa pullulat, nec non consumpta augetur. Hoc referunt fabulae, & arbusi illius natura talis est. Mihi autem manifestè videtur, tale quid PHILOSOPHUM esse: qui per afflictiones clarescit, & ex gravibus materiam facit virtutis, ac in adversis gloriatur, nec dextris iustitiae armis extollitur, nec sinistris deprimitur, sed semper ille idem, licet non eisdem permanet, tanquam aurum in fornace igne examinatum.

Insolenter praterèa, qui mentem è mento, barbitioq; probant, effutiunt: Nonnullos àvanti, citrà pulverem, in aurum, laurum & laudem abire, seniores, saniores, incipientes, insipientes: sed mera gerra & nugacissima nugamenta: Aetas florida est in ascensu, non descensu, nec progressus atatis spectandus aut expectandus. Tantus enim est vigor ingenij in Heroicis naturis, ut ante annos animum virilem & doctrinam gerant, ut & de heroico impetu Poëta dixerit:

Ingenium caeleste suis velocius annis
Surgit, & ingratae sunt mala damna morae.

D 2

Putant

Rosus gramina campus habet.
Onera tot tolerant
Sophia persapè Magistri,
Illis omne solum patria, & omne salum.

Magistri instar gladij
Despici ad omnes usus accommodati sunt.

II. Argumentum.

Vulgus corpora Magis intuetur
quam ingenia. Judicat ex mento, non doctè ex mente.

ἀντίστασις

Alxander
Magnus
adhuc Jude-
nis, celebra-
tur.

Similiter
Mauricius
Hector belli-
cossimus.

Dona & bo-
na Dei non
nisi à Deo.
Nil Deus in-
nobis prater
sua dona co-
ronat, mi-
raç, dispen-
satione illa
dispensat.

Παυδα-
ροζιεςυ-
τες qui?

Cœlestia, vi-
vida & ex-
pedita inge-
nia, que
mentis sa-
gacitate e-
mergere, &
ad miram
altitudinem
pietate &

Putant Expectandam provecam atatem, & tunc primum
de lauru cogitandum: Alexandro ad bellum eunti idem
suadebat Aristoteles, discipulo Præceptor: cui ille: Vereor,
inquit, ne dum provecam atatem expecto, audacem &
ferventem perdam juventutem. Cùm Mauricius ille Bel-
gicus, juvenis admodum bellus, præsiceretur bello Belgico,
quàm novum, quàm insolens, quàm ridiculum hoc videbatur
multis? Quid tam novum, quàm Juvenem difficili
Reip. Belgica tempore numerosum regere exercitum? in-
hodiernum usq. Diem propitio numine Rexit: Urbes mu-
nitissimas expugnare? Expugnavit. Gravitatem duce,
dignam alijs probare? Probavit. Deus mirè & variè
sua dona partitur, sapientia & Eruditio, ut & animi fortitu-
tudo non ex annorum numero pendet, sed illius singulari be-
nedictione, ingenij sagacitate, industria, vigilantia, perti-
naceq. & Herculeo labore ac pennâ acquiritur & compara-
tur. Rectè D. Bern. in Epist. ad Theobald. militem. Mul-
tos (inquit) videmus juniorum super senes intendere mori-
bus dies, antiquorum prævenire meritis, & quod decet
atati, virtutibus compensare. Παυδαροζιες hoc est,
Adolescentes senum mores, doctrinam & gravitatem præ-
se ferentes colendi, non pro fungis habendi. Sed omni offi-
cio promovendi sunt. Annorum enim immaturitatem
mentis maturitas tollit. Nonne ad munus Ministerij eligi
possunt, & eliguntur Juvenes, modo moribus & doctrinâ
suerint probati, & gravitate pietateq. commendabiles? Sic
müssen alt sein am verstande. Juvenes, teste Marcello, dicun-
tur à juvando, quod ea atas maximè sit ad laborem apta.
Sophocles, cujus dictum latinis verbis recitabo, inquit; Et si
sum

sum Juvenis, tamen magis spectandum est, quid quisq; dicat aut faciat quam quâ etate sit. Et Menander: Non id respicias, utrum Junior dico, verum an prudentis viri sermones dicam. Nonne seniores sunt hebetiores? Juvenes agiliiores, magisq; navi & industrij? Multi senes canos quidem habent, mentem autem non habent, neq; juvenes nimis diu Philosophicis tractandis detinere se decet. Novimus Samuelẽ adhuc parvum puerum in numerum Prophetarum adoptatum & relatum esse. Scimus Danielem Juvenem quosdam hircosos senes condemnasse. Non ignoramus, Hieremiam, cum juventutis causa eam, quam Deus ipsi tradebat, prophetandi provinciam recusaret, Deum ita respondisse, Te Junio rem esse ne dicitis, ad quoscunq; enim te misero proficisceris. Neq; nos latet Salomonem illum sapientissimum, 12. annorum, mirificâ celeritate & dexterritate mulierem mentientem deprehendisse, dum illâ repugnante infantem dissecari jubet, Matris & aliena mulieris affectus inter se componens. Quin constat, & Josiam octennem regnare cepisse, neq; pedem à justitia & vera religionis viâ recessisse, Deorum vanissimos ritus & sacerdotes exterminasse, altaria & equos Soli consecratos subvertisse, in quibus verus cultus impiâ superstitione profanabatur, ut populus Deum verum, poli & soli authorem cognosceret & coleret! Davidem quoq;, spiritus Sancti vatẽ eximium, adhuc adolescentulum à Samuele unctum, & Epiphanium (qui postea Ticinensis fuit Episcopus) tantâ fuisse indole, ut cum vix ad octavum pervenisset annum, Lector in Ecclesia, ab Episcopo Crispino ordinatus sit, Annales referunt. Nonne & D. Aurelij Augustini ingenium totus admiratur

labore pervenire satagunt, non opprimenda, via potius illis aperienda, non operienda.
Illorum Exemplum.

I. Samuelis.

II. Danielis.

III. Hieremie.

IV. Salomonis, cui adolescenti sententia dictio data est in Senatu.

V. Josie.

VI. Davidis.

VII. Epiphani.

VIII. D. Augustini.

orbis, Is testatur de se ipso, quod in secunda pueritiâ Canono scilicet atatis duodecimo) legerit Logicos & Rhetoricos Arist: libros sine ullo interprete. Neq; solum legerit, verum etiam sensum illorum percipere potuerit. Et alibi idem præsul, Nullum se librum, quamvis difficilem, legisse ait, quem non intellexerit statim. Nulla enim in discendo mora est, ubi Spiritus S. doctor est, fateturq; idem alibi, se vel atate ingravescente & propè capitularem senem optasse, ex adolescentibus utilia discere. Galenum deniq; Pergamenum annum agentem atatis 19. Doctorem quendam ex Athenai Attalei sectatoribus primas qualitates Elementa esse statuentis, suis interrogationibus ad Elenchum coegisse legitimus. Isocrates pueros candidos ac felici ingenio natos, appellare solebat θεῶν παῖδας, i. e. Deorum filios, eò quòd hominis mens divina sit originis, quâ qui præcellit, Deos referre videatur. Inter bonas artes integrum ingenium brevi adolet, & ubi illud intenderit, valet.

Sed cur antiquorum & peregrinorum Exemplorum Inductioni immoror? Vicinius & recentius quoddam pro firmamento & ornamento addo. De magno nostri seculi Theologo, Davide Chytrao (cujus Theologicis & Historicis plurimis utilissimisq; lucubrationibus, plurimum se debere fatetur Ecclesia & Respub. Christiana) hanc verissimam accipite Historiam.

Is sedecim annorum juvenis Magisterij titulo in Tubingensium Athenao celeberrimo ornatu, postmodum literis commendatitijs Vitebergam, ignotus hospes, ignotam urbem ingressus, ad Phanicem & Philomelam Germaniæ Philippum Melancthonem se recepit. Is lectis compositissimis & clarissi-

LX. Galeni.

θεῶν παῖ-
δας qui?

X. Davidis
Chytrai.

Nullis ex
libris plus
utilitatis ca-
pi potest,
quam ex
eorum mo-
numentis,
qui res pub-
licè priva-
tinq; gestas
bonâ fide,
cumq; orna-
tu, & nito-
re posterita-
ti tradida-
runt.

clarissimus literis, de honore Magisterij illi collato edoctus, porro quarit, an revera sit artium & Philosophia Magister? (erat enim juvenilior annis, & tenui adhuc auctoritate.) Chytraeus modestè respondet, sibi quidem juveni, Praeceptores sanctissimos, meritos istos honores & detulisse, & dedisse. ibi absque ulla mora,

Quò quisq;
est doctior,
eò minus
auctoritatis
habet.

Hippophilus nigrae gaudens cognomine terrae, ingenij & industria inquisitor idoneus, exhibet ipsi Thucididem Atheniensem Historicum Graecum legendum & interpretandum. Quod cum non infeliciter prastitisset: Tu, inquit, Musis & Apolline dignus es, & proinde meritò tam pretiosis insignijs insignitus, ideòq; eris mihi perquam commendatissimus, & ab eo die ejus fautor, fotor, promotor, & parastates fidelis fuit, & primum privatus, ac deinde publicas lectiones habere jussus est ab eo inquam viro, qui reliquis ferè lectoribus praelectiones quas recitabant publicè praescribat & dictabat omnibus. O adolescentiam traductam, piè, eleganter, suaviter. Cum aliquando Senatus populusq; Venetus Legatos ad Fridericum Imperatorem misisset, atateq; offensus Caesar, ipsis audientiam negasset, extra ordinem privatimq; adito impetrato. Si inquit, Senatus Pq; Venetus barbà & canis aestimari sapientiam scivisset, nostro loco duos hircos egregiè barbatos misisset.

Philippus
à n. 2. 2. 11
ab ipso re-
quiri.

Ingenium &
progressum
demiratur.
Sapiens se-
cum in pe-
ctore circū-
fert, quò se
commendet
omnibus.
Venetiana
legatio.

Si promissa
facit sapien-
tem barbà,
quid obstat,
Barbatus
possit quin
caper esse
Plato?

Non atas, non barba, non prolixum pallium, sed prudentia & scientia novellis Magistris auctoritatem conciliat.

Credis quod barbà sapientia crescat, eamq;
Quali vel muscas pellerè possis, habes?

Barba sapè
plus obest,
quàm prodest.

Rade,

Rade, mihi credens sylvam citò: namq; beatas
Non mentes, lendes nutriet illa tibi.

Herodis Attici
lepidum & facetum
in quendam
ἐκ πώγωνος
σοφῶν, dieterium:
Philosophus
ἀνευ τῆς
ἀρετῆς,
μὲν τῆς
λέγειν.
factis procul,
verbis tenuis.

Apollo imberbis,
Æsculapius
ejus filius
ἄσπετος
ἄσπετος.
Damonax
Questionem
ridiculam
risu & joco
compefcit.

Mirum pallio & barbâ sibi placebant veteres Philosophi, à quâ ne minimùm quidem sibi rescari patiebantur, quasi sapientia sua naufragium facturi. Sed reverà multi erant barbâ & palliotenus Philosophi, undè Herodes Atticus, Consularis vir, ingenioq; amano, & Gracâ facundiâ celebris, à quodam palliato & crinito, barbâq; propè ad pubem usq; porrectâ, petenti as sibi donari, eis agrus emendos scilicet, interrogabat quisnam esset? is vultu sonituq; vocis objurgatorio se Philosophum esse obmurmurabat, & demirari innuebat, cur querendum putasset, quod videret? Sed, barbâ & pallium quidem inquit ille, video, Philosophum autem non video. Sentiebat nimirùm, non fucum, sed sapientiam & genuinos mores Philosophiam ostentare. Quod si multis adolescentibus literatis tamdiu differenda esset honoris petitio, donec ἀπογοῶναι gauderent, nunquã sanè illo florere, praesertim cum non pari modo barbâ omnibus effundatur, quin & interdum quibusdam eandem natura omninò negaverit. Veteribus Apollo imberbis fingitur, Æsculapius ejus filius barbatus, hinc Dionysius Syracusanus Æsculapio barbâ auream detraxit, quod negaret decorum, patrem Apollinem imberbem, filium verò barbâ conspicit. Damonax cuidam percontanti quamnam Philosophia se. Etam potissimùm amplecteretur? quis, inquit, tibi indicavit, me esse Philosophum? moxq; vehementer secum ridens abiit. Interrogatus quid rideret? Annon magnoperè ridiculum est, inquit, si tu me ex barbâ judicas Philosophum, ipse barbâ non habens?

Imber-

Imberbis juvenis quamvis sit corpore, doctâ
 Est tamen expertus plurima mente senex.
 Namq; senes verè non sunt, qui tempora circum
 Albescunt, pueri sensa sed instar habent?
 Hic juvenis laudatus abit, qui Palladis artes
 Callat: ei ut digno, dignus habetur honos.
 Canescant alij mento: nos mente, capillo,
 Nos animo: facie, nos pectore: tempora quippè
 Virtutem non prima negant, non ultima donant.

Atq; ita & hoc Antagonistarum objectum jacet, tacet.
 Quò autem etatis anno aliquis Doctorali tiarâ caput vesti-
 re debeat, non est mihi tutum consulere: hoc solum dicam,
 esse diversas diversorum super hac re opiniones & sententias.
 Quidam enim annum 25. requirunt, nonnulli 20, alij deci-
 mo octavo contenti sunt. Quidam egregiam sortiti indo-
 lem, ad eruditionem sine longo magisteria perveniunt: ve-
 rum res tanta non est, ut necesse sit haberi propterea Docto-
 rum comitia. Prætereà Lymphaticorum ingeniorum hac
 est contradictio. Multos in viâ ad Magisterium ducente
 aberrasse, & tamen sine Magisteriali cobonestamento &
 à Philologia, (Fato forsan Metelli) aliquando vel inexploratos gloria & fama culmen attingisse. Quare ambitiosam
 fama affectionem penitus declinandam. Hi sitantum pro-
 fecerunt, ignava suâ operâ, quantum alij in tanta lingua-
 rum & artium varietate, quis eorum fortuna & felicitati
 non gratuletur? Neg. verò negamus, eorum plerosq; ma-
 jores & opes consequi & dignitates, quàm nonnullos doctissi-
 mos viros, literatissimosq; juvenes, sed illud quaerimus, anne
 se tanto fortuna favore indignos esse agnoscant & arbi-
 trentur?

E

Nunquam
 celeriter fit,
 quod salu-
 briter fit.

III. Objectio

Hirundo
 una non fa-
 cit ver.

Perinde ut
 quisq; fortu-
 nâ & sabito-
 ribus utitur
 ita præcellit,
 citrà oratio-
 nem, & que
 eminentem
 à ceteris
 nō à vñ pōtē

Graci dicunt
contingere.

Goit gubt
es sñnen
im schlaff.

Dormientiis
rete trahūt.

IV. Object.

Quam bene,
si dignas de-
portat. Api-
cula laudes,

Quam ma-
le si laudis
præmia. Fa-
cus habet.

Magistri

Nulla modo
vitam levi

impatientiæ
& vitæ in-

strumenta

ex precipiti

desperatione
in barathrū

proijciunt.

Frisbohe ob-
jectiuncula

depulso.

Quæ sunt
absq; nisi

non sunt ho-
mines nisi

Visi, si non
esset, perse-
ctus quilibet

esset.

treantur? Addunt præterea, virtutem esse sufficientissi-
mum titulum, multos cum titulo obscuros, absq; hoc claros
evasisse, fieri etiam posse, ut nonnulli indulgentiâ potius,
quam scientiâ Philosophicis ornamentis ornentur, talesq;
titulis non ornari, sed onerari, non antè, sed post laborem
venire præmia, si rectè veniant, Ideoq; autoritatem perde-
re, in desperationem & angustiam sese dimittere, imò, despe-
rationis nonnunquam clanculum manum dare. Benè irent res,
si homines imperfectione non laborarēt, perfectus autem nemo
est, nisi solus Deus, humanis rebus debetur, (Ergo detur) venia,
nullaq; res tam laudata, quin vituperatores inveniat. Divini-
tatis potius est quam humanitatis omnia scire. Et Quintil. l. i.
Instit. c. 13. inter Grammatici virtutes collocat, quedam ne-
scire. Calius Calcagninus sexaginta annorum studio di-
dicit suam ignorantiam non ignorare. Socrates humana
sapientia quasi oraculum quoddam judicatus, ἀνορα ἢ ἄγορα
suam agnoscebat. Optimus & gravissimus quisq; con-
fidentur se multa ignorare, multa sibi etiam atq; etiam quoti-
diè discenda esse, una hominis scientia est, imperfectum se-
nosse, omnes ætatis homines schola admittit, μὲν δὲ ὅτι
εἶνα λεγέμενον. Et solus Deus est πάντων ἐπιπρω, & fons
& author omnis plenitudinis. In rebus humanis nihil est
ab omni parte beatum, atq; inania sunt somnia Stoicorum
de perfectâ virtute & sapientiâ, cum in plerisq; etiam Pro-
phetis & Apostolis nonnulla desiderentur. Nonne ille
permagnus erat, qui cum Deo de seipso loquens, agebat:
Imperfectum meum viderunt oculi tui? Nemo perfectus,
qui perfectior esse non appetit, & eò perfectiorem quisq; se
probat, quò ad majorem tendit perfectionem.

Cum

Cum vita nostra brevitatis sit celeris & volucris, ars longa, cecitas densa, authorum & scripturientium varietas frequens & immensa excipiunt: Præstabilius esse hominẽ esse $\mu\omicron\iota\omicron\tau\epsilon\chi\nu\omicron\nu$ non $\epsilon\pi\iota\acute{\alpha}\tau\epsilon\chi\nu\omicron\nu$, Unam autem artem uni ingenio vix satis esse ut ad summum astuando & anhelando tandem pervenire queat. Multas autem & varias, easq; diversas, perquam difficiles. Septem verò esse artes liberales, quibus ingenua doctrina & sapientiæ studia contineantur, non modò unam ex omni parte cognoscere & tenere $\alpha\delta\upsilon\nu\alpha\beta\upsilon$ esse, imò nulli etiam illustrium contigisse, & duas saltem artes, aut studia duo, vel divino ingenio præditi hominis industriam & solertiam quam longissimo intervallo post se relinquere: iniquum itaq; esse, ab uno homine tot artes postulare. Sed $\epsilon\delta\epsilon\nu$ $\pi\epsilon\epsilon\varsigma$ $\epsilon\pi\omega$ Θ , nihil ad rem.

Studia literarum, quamvis in multas sint distincta partes & disciplinas: ejusmodi tamen sunt, ut uno quodam societatis vinculo contineantur. Cumq; Philosophiæ partium magna inter se sit conjunctio & affinitas, facile est ei qui unam norit, alteram quoq; perdiscere, quinimò difficilissimam unam absq; altera perfectè consequi. $\mu\epsilon\lambda\epsilon\tau\eta$ $\pi\acute{\alpha}\nu\tau\alpha$ $\delta\upsilon\nu\alpha\tau\eta$, Cura & diligentia omnia fiunt, inquit Menander, quò innuere voluit, nihil esse tam arduum, tam laboriosum, multiplex aut durum, quod curâ quamvis durâ, industriâ, intentione & sedulitate non superetur. Et Sophocles in *Electrâ* inquit: $\omicron\epsilon\gamma\gamma$, $\pi\acute{\alpha}\nu\tau\alpha$ $\tau\omega\iota$ $\chi\omega\epsilon\iota\varsigma$ $\epsilon\delta\epsilon\nu$ $\delta\iota\tau\upsilon\chi\epsilon\iota$, Vide, Labore quidem sine, nihil benè succedit. Et Comicus ait $\tau\eta\varsigma$ $\Pi\alpha\rho\epsilon\lambda\epsilon\iota\varsigma$ $\pi\acute{\alpha}\nu\tau\alpha$ $\delta\epsilon\lambda\alpha$ $\gamma\iota\nu\epsilon\tau\eta$. Diligentia omnia subdita sunt. Agendo, orando, laborando, legendo, sedendo, discendo, non ignavè desidendo, aliquis doctus, felix, clarus, fortunatusq;

E 2

V. Adversariorum objectio.

Πολυμο-
σοσύνη
requirunt.

Concentus
& consensus
ingenuarum
& humanarum artium
omnem scrupulum atq; difficultatem tollit,
Labori & Sudori incumbendū.
Deo præsen-
te & labores prosper ante
quevis impediti-
ssima & perplexissima
expedita & per-
via sunt.

Exemplū I.

Nicasij De
Werda
oculis fron-
tia, non pe-
toris caren-
ris.

Quid est
quod non
videant, qui
videntem
omnia vi-
dent?

Non
membra,
sed animum
quærit Deus.

Incredibilis
natura com-
pensatio.

II. Marci
Catonis
Censorij.

III. Hippia
Philosophi
cujus Cicero
& Quintil:
meminerūt.

est. Indaganti hic & sollicitè scrutanti mihi veterum hi-
storias, occurrit inprimis Nicasius De Werda qui Mechli-
nia natus, stupendis donis divinitus instructus & decoratus
fuit. Nam quamvis anno tertio ætatis suæ oculorum usu
amisso, & ob id etiam elementorum litterarum penitus igna-
rus esset: nihilominus tamen in omni doctrina, divinâ & hu-
manâ, adeò profecit, ut admirationi omnibus esset, & cum
Lovaniij gradum Magisterij accepisset, Scholâ Mechlinia
præfuit. Lovaniij aliquantò post Licentiam in Theologiâ
consecutus, cæcus quamvis, Evangelium publicè docuit.
Quin & posthâc Doctoris utriusq; Juris in Academiâ Colo-
niensî honestamento dignatus, in gymnasio publico ibidem,
jura cum stupore omnium docuit, & libros utriusq; Juris,
quos nunquam viderat & legerat, memoriter recitavit,
donec Colonia fatis concederet, Anno 1492. Adeò natura
veluti fidelis mater compensando sollicita & studiosa est,
ne tanquam dura noverca meritò accusari queat. Quod
enim in aliquibus sensibus adimit, in alijs restituit. Hoc
Marco Catoni Censorio tributum est, quod literis simul & ar-
tis belli, eiq; omnibus urbanis, ac rusticis artibus æquè foret
idoneus, quod ex parte Græci suo tribuunt Epaminonda,
Persæ autem Cyro. Hippiam Elæum Philosophum gloriari
solitum accepimus, nihil esse in ulla arte rerum omnium,
quod ipse nesciret, neq; solum eas artes tenere, quibus ingenua
doctrina & sapientia studia continerentur, sed eas etiam,
quæ in sordidâ & illiberali ratione versarentur, itâ ut an-
nulum quem habebat, pallium quo amictus incedebat, soccos
quibus indutus erat, se suâ manu confecisse diceret. O præ-
stans ingenij vis, quod tam multa, tam dissimilia munera
solum

solam sustinere potuerit! Non dicam de Didymo Alexandrino, Prasule Casariensi, capto oculis ab infantia & ob id Elementorum quoque ignaro, qui tantum miraculum sui omnibus praeiit, ut Dialecticam quoque & Geometriam, qua maximè visu indiget, perfectè didicerit. Hunc sacer Antonius insignem senem visens, nihil moveri debere ait, eò quod oculos amisset, communes sibi cum muscis, muribus & lacertis, sed gaudere quod oculi communes illi cum Angelis salvi essent. Quid memorem Diodorum Stoicum, qui visum perditum auditus solatio leniebat, cum ei libri per noctes & dies legerentur, quibus in studijs oculis non egebat? Hic quoque Philosophiae simul & fidibus, quod sine oculis fieri posse vix crederes, Geometricis quoque descriptionibus operam dabat, & alienis manibus lineas protrahi iubens, suo de illis ingenio diserebat. Quod si hæcenus commemorati, & alij, quos adducere non libet, solis lumen non aspicientes, tot doctrinis imbuti fuerunt, quid de alijs ingeniosis hominibus, oculis gaudentibus, statuendum videatur, in medio relinquo. Est enim visus & acutior, & celerior auditu. Nominarem illustres, Generosos atque Nobilissimos viros, omni Encomio dignissimos, qui titulum Doctoris & Magistri ambierunt, eumque affecuti sunt, & sibi ac familiae perhonorificum esse prudenter censuerunt, & alios, qui hoc ornati, postea superiorum Facultatum Doctores, vel etiam hic, summam cum approbatione exsistere: sed prolixitatem nimiam defugio. Et sic haec frigida, & frivola exprobratio labascit, & in fumum abit. Deducunt quoque Argumentum ex unice illius salutis atque utilitatis nostrae Magistri, CHRISTI, (ut Cyprianus illum indigitat) interdicto.

E 3.

Matt. 23.

IV. Didymi Alexandrini cuius opera nobilia, eorumque nomina recenses Hieron. cuius tempore vixit. Antonianū veri, celestis, Magistri discipulo dignum responsum. V. Diodori Stoici oculorum quoque, usupriatis.

VI. Objectionum.

Brevis & solida declaratio.

Licet vocari patrem & Magistrum.

Scripturae fide intellecta & allegata non est scriptura.

Patres spirituales & Carnales.

Matt. 23. v. 8. Vos ne vocemini Rabbi (Magistri) Unus enim est Doctor vester Christus, omnes autem vos fratres estis. Et patrem vestrum neminem vocetis in terris, unus enim est pater vester qui in caelis est, nec vocemini Doctores, unus enim est vester Doctor CHRISTUS. Sed hoc dictum est directum ad Phariseos & scribas, qui impio ambitionis studio laborabant, & pro lubitu & libitu sibi Magistrum aliquod arrogabant, & quidvis in Ecclesia statuendi, producendi, praecepti, condendi, abrogandi, phaleratae ditionis lenocinio, ultra, supra, extra & contra verbum Dei potestatem sumebant. Christus autem hoc vult: Vos (discipuli mei) non vocemini Rabbi (inventores dogmatum, novorum) sed docete quae ex me auditis. Unus est enim Doctor (Magister) vester Christus. Ego Magister vester, volo meum dogma passim doceatis vos tantum discipuli estis, non magistri imò si Magistri estis, non vestra autoritate, Ego vos creavi in Doctores, ut meum verbum diligentissime & verissime praedicetis, non addentes quicquam, nec vestras cogitationes, nec somnia, non synodos, aut concilia annuncietis. Ego sum Lux mundi, qui illumino omnes venientes ad me. Ego sum via, veritas & vita, me igitur predicate, nam de me a plenitudine accepistis. Omnes vos fratres estis, aequales estis respectu vestri, quia omnes ~~omnes~~ condiscipuli estis, magni Magistri & Doctoris vestri Christi. Per Patrem intelligit patrem Spiritualem, non Carnalem, ne scilicet alium Spiritualem patrem agnoscant, quam ipsum solum, qui natura sit spiritualis pater. Et licet sint qui patres spirituales dicantur, non tamen naturam esse patres, sed participatione ac denominatione. Atque hac est & huius argumenti solutio.

Acutum

Acutum quoq; & astutum sed ridiculum magis, quam periculosum illud, Jacobi 3. v. 1: Nolite plures Magistri fieri, scientes, quoniam qui sunt in illo gradu constituti, grave iudicium subibunt: in medium afferunt: Neminem scilicet, salutandum esse Magistrum sentientes. Pax sit rebus. Rejectionem hanc interpono, & à Theologica veritatis myrothecio rectè examinato affirmo, & tanquam murum Semiramidis oppono, hoc nimirum cum antè exposito Matthæi dicto eandem habere mentem. Vult enim eos non studere privatis opinionibus, quæ in scripturis nullum habent fundamentum, huncq; textum contra ambitiosos esse directum, qui præcipuo quodam docendi pruritu, temerè vti audent munus docendi affectabant, eos dehortatur, argumento à Difficili. Cum enim in multis labamur & nos ipsi, & insuper Doctori reddenda sit ratio suorum auditorum, hinc & hæc illorum argumentatio, & nostra refutatio nemini non plana esse potest.

Magistros, inquit, D. Augustinus Doctör Ecclesie verè Augustus (in prologo Retractationum) tunc plures fieri existimo, cum diversa atq; inter se adversa dicunt, Cum autem dicant omnes, & verum dicunt, ab hujus veri Magistri Magisterio non recedunt. Qui igitur eos non delirare putat, ipse delirat.

Quin etiam in Magistrorum multitudinem illudunt, sed & hanc controversiam hoc nostro carmine tollimus atq; diluimus, quod attentis animis imbibant, sibi capiant, sapiant:

Plures

Hoc non ita
dissimile est
argumento
præcedentis.

Augustini
sententia e-
no datio.

VIII.

Numerosior
Magistrorū
cobors in-
oculis, vocu-
lis & poculis
promiscus
plebecula
est. Verūm,
Nil adeo ma-
gnū, nec
tam mirabile
quicquam,
Quod non
insano mi-
nuat sermo-
ne popellus,
Sermo tamē
moritur tan-
dem, sicutq;
Magistri.

IX

Expeditum
& liberale
responsum.

Plures, Vulgus ait; Germania lata Magistros
Cudit, quā̄m florent germina in Armeniā.
Plures, quā̄m Boreas autumnī tempore sāvus
Frondes frondosis deijcit arboribus.

Plures, in patuli quā̄m sint systemate mundi,
Spartæ, nec centum pulpita sufficere.

Responsis eget haud garritus & is barritus, (cit.

Vulgus enim blaterans, quod cupit omne, bla-

Quin temerē spargit mendacia plurima: namq;

Orba est sparta viris, hic & ubiq; sophis;

Infelix numerat raros Academia Patres,

Curia sæpē suos, turba sacrata suos.

Illorum lacerat dum moisi viscera, Morta,

An Corydon posthac munia tanta geret?

Ingenium vulgus sed prodit, Soricis instar,

Namq; aſini longas exerit auriculas.

Vulgi non opus est persolvere digna Magistris

Præmia: erit merces his pretiumq; Deus.

Præterea insania sua larvam audaciūsculē obducere
conantur, dum D. Paulum, pietatis & ordinis idoneum au-
thorem, quemq; electum organum Salvator, salutavit, ser-
vum Christi se indigitare, & per Consequens, amplissimos
dignitatum Gradus reijcere obganniunt.

O Argumentum elumbe & elingue! O hermeniam,
& abulis sacris non harmonicam! Non enim est rata conclusio,
sed plus in consequente, quam Antecedente. Nec sequitur,
Paulus divinarum scripturarum Doct̄or, se appellat servum
Christi, Ergo spernit honores Academicos: quemadmodum
nec is, qui Doct̄oralem Theologia mitram affecutus est, Servi
Christi

Christi appellatione, honori nuntium remittit, aut eum
tennit, sed potius istum titulum, se nomine servi Christi di-
gnari, summum esse ducit.

Verè βασιλική est D. Basilij Magni sententia: ὅπερ ἡμῖν
πρὸς ἅπαν ἀξιώματα, τὸ τηλικύτα διαπύοτε δέλας ἡμᾶς ἐνο-
μαζέσθαι, h. e. sufficit nobis ad omnem dignitatem, quod nos
tanti Domini servi appellemur. Electum Dei organum &
servus Christi fidelis pari passu ambulant, adeo abest abijci
à Paulo appellationem Christi servi, organi electi, ut eam
maximè præ se ferat;

Ut una vanitas mater est alterius, asserunt Philoso-
phiam non dominari Theologiæ, sed ancillari, aliis si id fiat
Philosophos dici hæreticorum Patriarchas. Dominam an-
cillari, ancillam dominari magnum abusum esse constat.

Omnes autem bonæ artes laudandæ sunt, omnes ample-
ctendæ, omnes honorandæ, ea tamen cautione & exceptione,
ut uni Theologiæ, scientiæ omnium præstantissima, (ad cu-
jus normam & formam, omnis scientiæ collimanda est) sub-
dantur, atq; ei famulentur, in quâ solâ est fructus omnium
scientiarum, ut in omnibus adificetur Deus, componantur
mores, hauriantur consolationes. Quod autem Philosophia
Christianis non modo concessa, sed etiam necessaria sit, multis
dictis pia vetustatis ostendi posset, sed nos temporis angustia
exclusi, per paucis solummodo contenti erimus; D. Basilij,
quèm modo allegavimus, nepotibus suis adolescentibus, quos
ad divinam erudiebat sapientiam, omne genus profanorum
scriptorum prudenter legendum suasit. Huic sententiæ sub-
scribit Hieron. qui fatetur, se profana legere, sacrisq; inter-
texere. Quomodo Theologus ab hæreticorum insidijs &
versutijis

X.

Error erro-
rum feminin.

Philosophia
non Magi-
sterium, sed
ministerium
tribuimus.

Philosophia
in Theologia
usus multi-
plex & salu-
tatis est.

A testimo-
nio D. Basilij
Magni.

Hieronimi.

Origenis.

Iustini Martyris,
Irenaei.Tertulliani,
Chrysoforni
Ambrosij, &
Prudentij.
Dei Pauli,

Nazianzenis.

Divina oratione
Philosophicis praesertim
pallent.

versutij possent se tueri, absq̄ naturalis Philosophia peritiā? Origenes hareticum illum Celsum tam strenuē oppugnare & prostrernere non potuisset, nisi & ipse quoq̄ magnus fuisset Philosophus. Valentinum Philosophum Iustinus Martyr & Irenaeus devicerunt, Tertullianus Marcionem. D. Chrysostomus Libanium; Ambrosius & Prudentius orator oratorem Symmachum. Non ergo damnanda est Philosophia sobria cognitio, & Philosophorum dicta, cum & D. Paulus illa citet, & Philosophiam, h. e. rationem humanam dum officio fungitur, & Deo se subijcit, ijs ornet praeconijs, ad quorum amplitudinem nihil addi potest, ultra verò limites evagantem acerrimè objurgat, vehementerq̄ insectatur.

Nazianzenus sua aetate propter pietatem solus Theologus cognominatus, fatetur, se totum ei rei incubuisse, ut omne id quod ab hominibus sapienter esset dictum, ubicunq̄ etiam locorum, sciret & addiceret: Interea tamen se verbo Divino palmam libeter & scienter semper concessisse. Et in oratione funebri de laudibus Basilij ait. Quemadmodum terra & caelum, nec non aër & similia, non ideo sunt contemnenda, quia quidam malè his sunt abusi, pro Deo ea, quae Dei non sunt, venerantes: Ita quicquid utilitatis ex Philosophiâ percipi potest, id omne ad vitae usum fructificare debemus: Ita tamen, ut periculum effugiamus, & nequaquam contra creatorem, creaturam juxta insipientes, concitemus, sed ex opificio opificem deprehendamus: Et sicuti Divinus inquit Apostolus, omnem intellectum Deo captivemus. De Origene commemorat Eusebius l. 6. c. 18. quod in schola inter sacra etiam Philosophicas & Mathematicas disciplinas proposuerit, & ad artium liberalium cognitionem, discentes

lingu-

singulari diligentia adhortatus fuerit, affirmans, earum ad miniculo, in explicatione sacrarum literarum, & disputatione opus esse. Theologia non est contra sed supra Philosophiam, igitur non sunt contraria seu contraria, sed ὑπάρχουσα, sive subordinata, quae ita dicuntur, quod illorum unum altero sit superius, unumq; ab altero dependeat, teste Porphyrio in pradicabilibus. Philo lib. de Cherub. Philosophia sit Agar in domo Sara, & sicut Hiram Salomoni templum aedificanti ligna suppeditavit, sic divinae scientiae serviat. Vicimus iterum.

Inter alia porro τῶν ἐνδύξεων & sacrorum dictorum tor-torum Phantasmata & vaframenta, hoc magni magna Sapientiae caelestis antisittis Pauli ad Coloss. 2. v. 8. Si homini non solum Theologo, sed etiam Christiano vitanda est Philosophia, in rebus divinis fallax, utiq; etiam titulus in eadem inanis & omnino repudiandus est, non ultimam tenet lineam.

Sed & hoc non ratione sed deliratione distorta mentis habent. Hic enim Apostolus non ἀπλῶς ἔδωκε (ut qui cum Principijs vera Philosophia communibus sapere utatur, methodumq; quam accuratissime servet, Philosophiam Dei donum & bonum esse sciat,) eam damnat, sed nugae, ventosa & venenosa αἰσίουα, seu ut ipse se explicat & enodat κενὴν ἀπίστην, inanem Philosophicam deceptionem, verbo Dei non stabilitam taxat. Vituperatio itaq; abusui debetur, laus vero rei & usui est servanda. Paulus utitur voce deceptionis, ut Philosophia nomine non bonum usum sed abusum indigitet. Nazianzenus inquit, qui contemnunt Philosophiam, hac causa moventur, ut possint latere in turba indoctorum sui similium &

Theologia est dignior Philosophia propter nobilitatem materiae, certitudinem, magnitudinem, necessitatem, & altiore finem: quia mysteria caelestis operis tractat, Estq; ars artium, regem animarum

XI.

Contrarium ostenditur.

Ufus habet laudem, crimen abusus habet.

Gregor. Nazianz. de Philosophia contemporibus judicium.

Disi Pauli
ni ulterior
enodatio &
Confirma-
tio.

ne prodant suam inscitiam inter doctos, sicut inhonesta mulier optat omnes virgines & mulieres esse inhonestas. Idem Homines indocti optant, ut omnes sint indocti, ut dicitur: Inter cacos etiam monoculus potest regnare. Deinde D. Paulus precipit (nostra fides quod abundantior sit) ut Episcopus ἐπιθεμι τὴν λόγον τῆν ἀληθείας, rectè sermonem veritatis secet: 2. Timoth. 2. v. 15. (quod sine liberali liberalium Artium & Philosophia perceptione fieri non potest) sed uerè u, quatenus se intrà fines suos non contineat nec ad gloriam Dei feratur. Vult præterea, ut adversarios ἐλέγχει redarguat, coerceat, convincat: Ita & nos vera Philosophia gradum, valde honorificum, & olim Cæsaris & Doctorum titulo prælatum, Theologis licitum esse concedimus, abusum autem omnem ad extremos Cavamantas, vel si quis locus remotior est, puta in novum orbem, ad Indos vel ubi cervi abijciunt cornua ablegamus. Videtur Doctis, Theologum absq; præcipuis partibus Philosophia applicare se ad suum munus docendi, veluti aquarius, qui it aquatum cum piscellâ & fert aëra in leporinis retibus. Sed audiamus Scheckium sapientissimè dicentem. Ego quidem sic judico tum demum fore quietas & beatas Ecclesias, si aut Philosophi veri dent operam Theologia, aut Theologi philosophentur piè. Idem in Comment. lib. 1. Topic. 1. Quibusdam Logodadalis persussissimum est, Philosophia à verè Theom. contaminare Theologiam, cum nulla re magis tamen depravetur ejus veritas, quàm inscitia vera & solida Philosophia. Et hic habemus & obtinemus quod volumus. Hactenus enumeratis affingunt & appingunt: Theologum à Philosopho multitudinis numero eximen-

Clarissimi
Scheckij au-
toritas.

XII.

eximendum non esse. Respondemus: à Philosopho ad Philosophum non procedere Argumentum: Petunt enim Theologi gradum à Philosopho, non Philosophiâ. A Philosopho in Philosophiâ, ad Philosophicam institutionem non Theologicam. Atqui hoc verè est *ἡ δὲ αὐτῆς τῆς ἐξαυτῆς*, transilire fossulas, & in scirpo querere nodum. Quod enim Magister aliquis Philosophia & simul Theologus, hoc per Accidens, nec in accuratiorum rerum *ὁρέσει* quicquam virium habet. Sed quia ad calcem revocanda est oratio nostra. Cum omnes primarium locum obtinere nequeant, argutiores isti boant & reboant: Candidatos titillari appetitu antecellentiâ, & si in locatione & honorum distributione singuli exoptatis partibus non dignentur, primiq; annumerentur, id difficiles, magnas, diuturnas, imò vel capitales inimicitias parere, solamq; ignominiam, in medijs licet honoribus, tristem esse. O bis terq; ridiculos, nisi ego toto fallor celo. Quam longissimè enim à linea veritatis & caritatis descendunt? Qui in eodem stadio decurrunt, non inimici sunt inter sese, sed quilibet metam primus attingere conatur. Nonne facta est contentio inter ipsos ipsius Christi discipulos, quis eorum videretur esse major? Luc. 22. v. 24. Nonne hic dextram petit, illi sinistram? Matt. 20. v. 21. Minimus erit qui maximus esse vult. Regant duo primatum, ille verò salicem bibendum admonet.

Sciunt autem Magistrandi, superbiam peccatorum mortalium esse maximum, propter quam Lucifer è celo ad inferos præceps actus sit, cumq; omnes digni agnoscantur, non habent quod invideant.

Philosophus Theologum. Gradu dignitatis decorare potest. Theologo Sophia est par cura & cura sacerdotum.

XIII.

Philosophia Candidati nominis sui nemores suis. *Φιλοσοφία* enim significat Philosophari pro tempore affectibus, & adversus res acerbas inflexo animo esse. Inquinat egregios adjuncta superbia mores.

F 3

Homo

Prior locus
nec major
nec minor est
dignitate.

Fortis inbi-
atrix pa-
tientia.

Virtutem
non locus,
sed locū vir-
tutis illustrat.

Homo, quod curiosos & furiosos istos latet, locum ornat, sed non ornat hominem locus, ut nec habitus Monachum, nec Cathedra Sacerdotem facit; nec sanctificat, sed homo habitum. Ac licet vel ipsi Chytrai, Camerarij, Fabricij, Crusij, Frischilini, Reuschlini, Rhodomanni, Taubmanni, Gradum unà assumerent; attamen primum locum omnes occupare nequaquam possent. Quare non prior locus inflabit, nec posterior restabit. Una navis est honorum omnium, omnes se primos esse non posse norunt, ideoq; posteriores partes æqui boniq; ferunt & recipiunt, nec quaquam alterum ita pessundat, ut etiam navem perforet, in qua ipse navigat, & in bilances illos ascendere non ita moris & consuetudinis est. Nohne quæso?

Imus cum primis cathedram conscendit, & æquè

Aurea ferta capit, laurea ferta capit?

Illi Pileolus conceditur, annulus æquè

Traditur, æq; illi palma gerenda datur.

Qui sapit, ille loco est contentus ritè tributo,

Non omnes primis annumerare licet.

Namq; illis meritò possint qui æquarier: hisce

Sæpè dat extremum Sors inimica locum.

Sed locus opprobrio non est, si judico quicquam,

Et quicquam sapiens judicat ipse Lacon.

Jussus hic extremo mensis accumbere lecto,

Hospitis ingenium, judiciumq; probat,

Quod sit & in promptu ratio, quod possit & imo

Ornamenti aliquid conciliare loco.

Non semper locus ipse virum demonstrat, ut ajunt,

Sed propria clarat luce vir ipse locum.

Adde

Adde quod & numerum, non spectet vinea Christi,
Namq; capit donum primus & imus idem.

Optimè sanè id intellexit optimus Agesilaus, Lacedaemoniorum Rex jam designatus, qui cum adhuc esset puer, & in ludo quodam solemni, in locum parum honorificum ab eo qui negotio praefectus erat collocatus esset, benè sanè habet, dixit: ostendam enim non locum virū, sed viros loco conciliare dignitatum. Nimirum ea re declarabat in puero miram animi Celsitudinem, cum pari moderatione conjunctam.

*Agesilaus
laudatur.*

Non queunt primi esse omnes, omni tempore, nonnunquam vel in secundū, imò vel tertijs consistere laudabile est. Gracia ipsa dum floruit, septem dicitur habuisse Sapientes, qui tamen non poterant omnes esse primi, ut nec Novem illi Principes Lyricorum celebrium, inter quos nonus, isq; ultimus fuit Pindarus, cujus tamen Poëmati Quintilianus gravitatem, & Horat: virtutem inimitabilem tribuit.

*Septem sa-
pientes Gra-
cia.
Novem prin-
cipes Lyrico-
rum.
Pindarici
poematis
Eulogium.*

Thales Philosophus à Mylesijs jactum emit.
Extracta est tabula una, ponderis ingentis.

Hac orta controversia missa est ad Apollinem ut judicaret, cui aurea mensa deberetur? Is respondet, illi dandam esse, qui ceteris sapientiā praeclleret & virtute. Data est Thaleti, ille cecit Bianti, & sic per manus ad omnes sapientes per venit, demum ad Solonem, qui ad Apollinem transmisit. O pradicandum tantorum virorum modestia certamen!

*Septem sa-
pientum tri-
pius.*

Orpheus lyrâ valebat,
Olor sacerq; semper
Fuit, suâve cantans.
Post hunc bonusq; Homerus,
Philomela cui dicata est,

*Orphei,
Cygni,
Homeri,
Philomela,*

Tan-

*Pſittaci
&
Pica com-
paratio
&
conciliatio.*

Morale.

*Virtuti de-
betur laus.*

*Providentia
& clementia
divina ſepè
cum Candi-
datis tã ō-
tegy teq;
tegy lu-
dit:*

XIV.

*Loca ad ſor-
tem (ipſiſſi-
marum pa-
ginarum ſa-
crarum &
Juris perito-
rum auto-
ritate) revo-
care fas eſt.*

ORATIO

Tanquam loco ſecundo,
Sed rectius ſecundum.
Illi locum dediffent:
Nam ut Pſittacus meretur
Primas, loquax ſecundas
Pica, iſte vincit illum.

Hoc Symbolum referri
Ad eos potest, qui Gradum
Laudemq; non tenere
Primam queunt, ſed indè
Virtute, mox ſequentem.

*Liber Decanatus Collegij noſtri multoties ſatès luculen-
ter & probabiliter docet & demonſtrat, multos caudam quan-
doq; trahentes, poſtmodò ad ampliſſima officia evectos fuiſſe.
Poſſem quidem per infinita currere Exempla, ſed nolo nomi-
natim, quenquam dicere, ſed parco nominibus viventium, &
partim præſentiũ, nam hæc & vidit & novit ætas noſtra: nihil
autem tam gratum Deo, quàm inter poſtremos numerari.*

*Illud deniq; poſſe me ab illis interrogari ſcio & præ-
video: Cur his qui Magiſtri nomen uſurpare volunt, ſorte
loca assignentur? Ex comparatione ſtudiorum & reſponſionũ
ſortitionem interdum nos adhibere Candidatorumq; arbitrio
relinquere, an hæc ratione de loco fraternè & amicè conve-
nire velint, non negamus quam ſi acceptant, & calculum Do-
minis Examinatoribus de ſe permittunt, ingenium illorum
ingenium prædicamus, alterumq; alteri Spiritus Sancti diſpo-
ſitione præferri judicamus. Eſt enim ſors in manu Dei, & ſortes
ab ipſo reguntur. Prov. 16. v. 33. ac ſortilegij ſive ſortium,
miſſionis exempla nobis ſuppeditant, Exempla Biblica,
eamq;*

eamq; Jcti concedunt & admittunt. Et August. Can. Sors. 26. q. 2. Sors, inquit, (in suâ naturâ, & per se considerata,) aliquid mali non est, sed in humanâ dubietate divinam indicans voluntatem. Et de sortis aequalitate admodum eleganter & prudenter divinus ille Plato de Repub. Dial. 5. ait, sortis aequalitate in Rep. uti necesse est, ad multorum offensas vitandas, ita ut Deum, & bonam fortunam etiam tunc in precationibus invocemus, ut ipsi sortem ad id quod justissimum est, dirigant. Nec non Plutarch. in Moral. ut in Democratiâ cui sorte contigit Imperium, eum oportet imperare, cui non contigit, eum oportet aquo animo ferre; sic in vitâ hominum, quod sors dederit, boni consulendum est. Hæc respondisse sufficiat. Atq; ita Philosophia, & Graduum Honorumq; publicorum proscriptores, eorumq; errores, cum insolenti impietate & impia insolentia conjunctos, quos non iudicio, sed cerebri vitio hauserunt, præcisiss omnium argutiarum & objectionum anfractibus & labyrinthis, in unum, quasi fasciculum collectos ac colligatos, brevi stylo & filo detegere, & quantum ejus fieri potuit, nostræ cogitationis penicillo rotundè delineare, eorumq; aures sanare, (corruptæ enim sunt) volumus, quos illas stridulas cicadas & loquaces picas versare, aliâq; firmiora tela, arietesq; majores admoveere oportet, si hunc murum quatere & subvertere moliantur, nisi sænum comederint, aut peponem pro corde habuerint. Deus det ipsis saturû, (quibus Satyram non scribimus,) pro ignorantia sapientiam pro malevolentia candorem, pro odio amorem, ut non amplius despiciant & culpent honorem, neq; præter decorum & officium quidquam faciant. Ab alijs enumerandis abstineo, qua quidem adducere & examinare

L

possem,

Augustini de
ea opinio.

Platonis.

Plutarchi.

Ad finem
Orationis
πρεξ-
σηενη.

possem, sed si commemorare vellem, vereor ne cum Plauto & viatico mihi opus sit, ad tam longum refutationis iter, & major thylaco accessio futura, ac Desinat antè dies, quam consequar omnia dictis.

Et sic parva meæ tandem est victoria causæ,
Nunc ut desistam, tempus mihi vellicat aurem.

Cum itaq; ex prædictis liquidò liqueat, quanta sit Philosophia utilitas, dignitas, commoditas, nobilitas, ac gradus & honores Academici studia iuventutis excitent, gubernent, certumq;, necessarium, jucundum & salutarem discendi ordinem monstrant, ac infinitis vitijs medelam adferant, obvièntq;, cumq; eos conservari, tutari, & dignis attribui operæ precium sit, eos vulgi iudicio suspensio, tanquam religiosos religiosorum majorum nostrorum constitutiones & leges inveterato jure Sacro Sanctos habeamus, & singuli eos omnibus officijs provehere omni conatu perpetuò laboremus. Probeamus etiam, ac meritò laudibus laudemus voluntatem novellorum Magistrorum, tanto numero Dei gratiã, productorum, quanto à primis Academia incunabulis uno tempore nunquam, qui se hos Academicarum solemnes ritus, & laudabilia & magnifica magnificorum virorum instituta magni fecisse, coluisse & expetivisse, re ipsa ostenderunt, & honorificè declararunt.

Decet autem omnes, quos Philosophia non solum limatos & politos reddidit, verum etiam Amplissimus & Spectatissimus Senatus Philosophicus sibi summis honoribus obstrinxit & obligavit, inq; viros Philosophia descripsit, illa beneficia non pro maleficijs habere, sed clavibus trabalibus, & tabellis adamantinis, animiq; gratis semper inscripta & infixa

Orationis
ἀνακαι-
Φαλακίω-
σις.

Maestè tantã
sobole, Gene-
randa Fa-
cultas Philo-
sophica, ma-
ste, plaude,
gaude, Cite-
rum gaude.

Μέμνησαι,
Φιλο-
σοφίας.
Accipe be-
neficiam.
Redde debi-
tum servi.

PANEGYRICA.

infixa tenere, & quod Sacramentis aliquot dixerunt, & affirmarunt, sanctè & inviolatè, (ubicunq; etiam locorum illos Deus collocare voluerit) servare, ne alma Mater & al-
 trix illorum Philosophia cum gemitu & fremitu exclamare cogatur. Filios enutrivit & exaltavi, ipsi verò exaltati spreverunt & neglexerunt me, neq; ille poli soli q; moderator ac arbiter summusq; Regentis, ipsis aliquando cælestis Academia aditum & januam claudens, eos à divino & amœnissimo illo animarum beatissimarum concilio & cætu sine ullâ exceptione in perpetuum removeat. Ne insuper & hoc turpe & nefarium Marcellini factum, jure optimo, nolentes volentes, cum pudore & rubore inaudire cogantur. Is cum jam detecta esset Pompei cum Cesare similitas, ac Marcellinus unus ex eorum numero, quos Pompejus evexerat, ab illo ad Casarem translulisset animum, aded, ut non vereretur in Senatu multa in Pompejum dicere. Hunc impudentissimum & ingratisimum cuculum ita compefcuit Pompejus: Non pudet te, inquit, Marcelline, ei male dicere, cujus beneficio ex muto factus es facundus, ex famelico eò productus, ut vomitum non teneas?

Graviter obijciens homini ventoso tot vitia, qui quod habebat dignitatis, authoritatis & eloquentia, abutebatur in eum, cui id meritò acceptum referre debuisset. Quo nimbo, quâ verborum procellâ impium Marcellini caput jure obrutum fuisse qui non videt, nihil videt.

Quod superest, jam sanctâ & humili precatione cæli fores pulso. Utinam favente & fovente in Trinitate uno, & in unitate Trino, infernalis Arctolycos, ovium

SI

tium. Fuge
 supplicium.

Pompejus
 Marcellinū
 testè notat.


ORATIO PANEGYRICA.


Ex pace
nbertas, ex
Bello pau-
pertas. Ce-
lica pace vi-
gent, terra
pace virent.
Veritatis
Doctor Deus,
hac est sine
fallacia, Bo-
nitas sine
malicia,
felicitas
sine miseria.

pellibus vestitus, ad nos decipiendum ac aeterno exitio
lacerandum ac devorandum nobis quotidie insidiosè
inhians, fortiter & graviter prosternatur, conteratur.
Utinam calamitates publicæ & privatae ab Europa nostra
campis avertantur. Sit PAX & VERITAS IN
DIEBUS nostris. Utinam nobilissima, præstantissima,
exoptatissima Promotiones in fertilissimo, florentissimo &
floridissimo Roseto nostro, donec durabit hæc rerum na-
tura, & honorum & studiorum vel pretium vel nomen,
in myriadas seculorum extendantur. Utinam hujus gene-
rosissimi partus scriptores, collatores & diribitores no-
men suum cum aeternitate conjungentes, otiosos & odiosos,
deformes & enormes, nullis bonis & honestis disciplinis
excultorum blateronum rumusculos Philosophicâ patientiâ
(transitum tempestatis tranquillis animis expectantes)
vincant, vinciant, hocq; tormentum sit illis
aliquando ornamentum.

DIXI.







PANEGYRICA.

eximendum non esse. Respondemus: à Philoso-
 sophum non procedere Argumentum: Petunt
 logi gradum à Philosopho, non Philosophiâ. A
 in Philosophiâ, ad Philosophicam institutionem
 logicam. Atqui hoc verè est mōdū vniū
 translire fossulas, & in scirpo querere nodum.
 Magister aliquis Philosophia & simul Theolog
 Accidens, nec in accuratiorum rerum oxiēta qu
 rium habet. Sed quia ad calcem revocanda est or
 Cum omnes primarium locum obtinere nequeant
 res isti boant & reboant: Candidatos titillari a
 tecellentia, & si in locatione & honorum distri
 guli exoptatis partibus non dignentur, primūq; a
 tur, id difficiles, magnas, diuturnas, imò vel capi
 citias parere, solamq; ignominiam, in medijs lice
 tristem esse. O bis terq; ridiculos, nisi ego toto
 Quam longissimè enim à linea veritatis & car
 dunt? Qui in eodem stadio decurrunt, non i
 inter sese, sed quilibet metam primus attinge
 Nonne facta est contentio inter ipsos ipsius Christi
 quis eorum videretur esse maior? Luc. 22. v. 2
 hic dextram petit, illi sinistram? Matt. 20. v.
 mus erit qui maximus esse vult. Regant duo p
 ille verò calicem bibendum admonet.

Sciunt autem Magistrandi, superbiam pecca
 talium esse maximum, propter quam Lucifer è c
 ros præceps actus sit, cumq; omnes digni agnosce
 habent quod inuideant.

F 3

45

Philosophus
 Theologum
 gradu di-
 minatis de-
 orare po-
 est. Theo-
 ogo Sophia
 si par cura
 cura sa-
 vorum.

XIII,

Philosophia
 Candidati
 omnis sui
 memores sū.
 φιλσο-
 φειν enim
 ignificat
 Philosophia
 pro tem-
 pore affecti-
 bus, & ad-
 versus res a-
 terbas infra-
 to animo
 esse.
 Inquinat e-
 gregios ad-
 uncta su-
 verbia mo-
 res.

